DISCURSUS APOLOGETICUS. ENERVANS SENTENTIAM DOCTORUM À...

Martino Alviturria



DISCURSUS
APOLOGETICUS.

Enervans Sententiam Doctorum à Sacra Facultate Parisiensi Deputatorum, & Censuram eiusdem Facultatis nomine evulgatam,

DENIGRANTEM

ALIQUAS PROPOSITIONES PRIMI TOMI Mysticæ Civitatis Dei, &c. Gallicè rediti à R. P. Thoma Croset, ex Hispano Venerabilis Matris Mariæ à Iesu Agrediensi.


P E R R. P.

Fratrem Martinum de Alviturria, Lectorem Iubilatum, & Confessarium Monialium Religiosissimi Conventus Sanctæ Claræ Burgensis

CONCINNATUS.


Burgis, Anno à Christo nato 1697.

Cum permissu Superiorum.



DISCVRSVS
APOLOGETICVS.

Enervans Sententiam Doctorum à Sacra Facultate Parisiensi Deputatorum, & Censuram ejusdem Facultatis nomine [illegible]um,



DE[illegible]NTEM
ALIQVAS [illegible] PRIMI TOMI Mysticæ [illegible] à R. P. Thoma Croset [illegible] Matris Mariæ à [illegible] Agredensis.

P E R R. P.

Fratrem Martinum de Alvicurria, Lectorem Iubilatum, & Confessarium Monialium Religiosissimi Conventus Sanctæ Claræ Burgensis

CONCINNATUS.

Burgis, Anno à Christo nato 1697.

Cum permissu Superiorum.

PROLOGVS.

FAma gloriosa, & acceptatione iucunda, in offenso pede per orbem diffundebatur Historia illa Divina, ac vita Purissimæ Virginis Matris, quam Spiritus Sancti afflatu, vt pie creditur, scripserat Ven. M. Maria à Iesu, Immaculatæ Conceptionis Monasterij de Agreda Abbatissa; post integerrimum examen Inquisitionis Hispaniæ Supremi Tribunalis permissa liberè legi in omnibus suæ Ditionis Regnis, & Provincijs semoto sequestru, atq; exhibito decreto permissivo. Reperiebatur iam in procinctu consecutionis similis decreti apud Sanctã Sedem post tria Brevia super-sessoria prohibitivi decreti Inquisitionis Romanæ, Missa Regibus Catholicis à S.M. Innocentio XI. die nona Novembris 1681. post oraculum Alexandri VIII. pariter F. recor. expressivum permissionis suæ, vt prædicta etiam Historia Legi liberè posset ab omnibus Regis Catholici subditis, factum cum Excellentissimo Duce de Medina-Cœli Catholico Oratore apud Sanctam Sedem: post designatam particularem congregationem Eccles.& RR. DD. Cardinalium Vniversalis Romanæ Inquisitionis; simul, & amplissimorum Theologorum per speciale Breve SS. D.N. Innocentij XII. ad Catholicum etiam Regem directum die 25. Martij anni 1692: post oblatum eisdem defensorium eiusdem operis per Procuratores causæ dispositum, & concinnatum; Quando pervenit in Galliam ingenti deferentium exultatione, putantium se in Regnum illud magnum transferre Thesaurum, quo, non corpora, sed animæ generosæ Nationis illius locupletarentur asidua lectione. At cum in alieno Idiomate solum inveniretur impressa, nec omnibus merito censeretur pro futura, plures anxij tradere dialecto gallico satagebant. Præcucurrit citius alijs Religiosus quidam Franciscanus animo devotus, instituto Recollectus, officio Prædicator, & exercitio clarissimus. Hic orum impatiens fervore, vt primum librum traductum aspexit, prælo committere festinavit cum approbationibus Doctorum duorum Sorbonæ, aliorumque Magistrorum, & Superiorum necessarijs licentijs. Typis datus tanta cœpit vulgari gloria, tanta aviditate perquiri, & tanto conatu aliorum librorum ambiri consortium propter spiritualem vtilitatem in istius lectione expertam, vt certatim vtriusque sexus piæ personæ traductorem ad prosecutionem operis instantissimè rogarent, ac iteratis precibus vrgentissimè compellerent. Augebatur in dies cum libri huius relectione altissimi cultus, & amor; Sanctissimæ Deiparæ reverentia, ac debita

veneratio, omnium virtutum exercitium, & vitiorum continua exterminatio.

Sic negotium hoc agebat in celsis, cum invidus hostis communis super seminavit zizania, vt librũ subverteret fructuum talium incentivum, difflamaret Authorem, quæ talis profectus fuerat instrumentum, & illius obiectũ, quod ruinæ eius totalis metuebat occasionem. Verum callidus inimicus expertus in alijs concertationibus habitis cum eisdem nihil per se solum proficere valere, medijs creaturis certamina antiqua restaurat. Suis sugestionibus impellit aliquos de Sacra Theologiæ facultate Parisiensi Theologos (si Idoneos ex sua nequitia, vel prætextu præstandi obsequium Deo? Iudicent alij) per quos Mysticam eradicaret Civitatem Dei. Brevi temporis intervallo confœderavit factionem, per quam librum detulit facultati, vt in eum animadverteret: per hanc selegit deputatos, suo intento cognitos congruentes: per hanc excerpit ex libro propositiones plures, quas dira censura transfixit: per hanc institit, quod impressæ omnibus traderentur Doctoribus, sed quibus motivis? indicant multæ relationes ocularium testium, quæ de his rebus circumferunt. Nec me temerarium putes, candide Lector, dum hæc omnia in Diaboli machinamenta reduco; nam talia subijs latent, quæ propalarunt alij, & ego propter modestiam suppressa relinquo, vt in alium, etiam maior pietas, minime refundere posse videantur.

Distributus indiculus fuit propositionum excerptarum, & cęsurarum Deputatorum impressus, nedum inter omnes facultatis Doctores; verumetiam per omnia Regna dispersus, non considerato, quod ante sententiam, nec minus criminis cognitionem contra Regulas æquitatis, fama Sanctitatis Authoris, & doctrinæ eius approbatio exponebatur denigrationi. Die 14. Iulij Seraphico Parisiensi, & Franciscano Eccles. Doct. Sacra, in qua indictus erat cōcessus, & qua sperabant confœderati damnatione librum plectendúm; vndè pro eius indemnitate dimicatum est à pijs Doctoribus, tametsi vnus de Seraphico sodalicio prodierit à congressu contumelijs saturatus, à potentia multatus exilio, & aspera reprehensione coargutus; dignus inventus pro sua Religione, & Religiosa; pro Sedis Apost. suprema authoritate; & pro Virginis Matris honore, contumelias pati. Et alij gravissimi Doctores, tum Franciscani, tum Mani, tum Augustiniani, & celeberrimi Sæculares compulsi sunt à potentia his, & alijs abesse congressibus. His visis, spiritus fortitudinis ingressus est in viros zelatores veritatis, vt exprofesso incumberent studijs ad illam indagandam, quam gratis, & pro sua dignitate protexerunt indefesse. Impedita est præpropera cogitata resolutio; indictæ sunt sessiones in posterum, vt

vnus-

vnusquisque suum posset publice dicere suffragium, & continuatæ sunt in die 17. Septembris hinc inde disceptando, in quibus factiosi tanto calore, & stomacho in Catholicissimam Aucthorem iniecerunt improperia, inter Novatores eam involuendo; & in Sanctos Patres elucidatores excellentiarum Sanctissimæ Virginis, vt pudeat referre, ne offendatur religiosa modestia prætereo multa; & ad alia prætereo.

Adfuit dies illa, qua Doctor vltimus dicendi finem imposuit, & subito, congressu non soluto, conspiratores, & conspirati de vltima resolutione facienda, violenta instantia, consecuti sunt finem: non assignata antecedenter die, nec vocatis Doctoribus absentibus, nec præsentium lectis suffragijs de more; neque ab istis recognitis vt proprijs, neque adhibitis cum Syndico disquisitoribus suffragiorum ex consuetudine solitis; exivit novo indiculo propositionum aliquarum diversarum: reclamante parte maiore de mala fide Syndici: eo declarante plura suffragia stitisse contra librum, acto furore, & mendacio, & impellente vt sententiam diceret contra librum: tot abusibus contra ius æquitatem, & leges vniversitatis commissis, quot & quales nunquam in illa nec experti sunt, nec ad aures alicuius pervenerunt: His, & alijs abusibus commissis ipso die, ipso congressu, protulit Decanus sententiam damnationis in librum. Quievit pro tunc factiosorum commota turbatio, putans se suum intentum consecuta; sed non quievit veritatis defensio, videns se sine fundamento damnata. Duo gravissi eiusdem facultatis Doctores, Dumas, & Dulsos de abusu ad Consilium Regium interposuerunt suo nomine, & multorum aliorum appellationem, vt facultatis consulerent honori, & veritatis. Nihil profuit Iuridica, & authentica eius notificatio facta Decano, Syndico, & Deputatis, quo minus procederent ad confirmationem suæ sententiæ; quare 1. Octobris eiusdem anni cum eisdem, si non maioribus nullitatibus, dato typis novo Indiculo cum præfatione nunquam visa, nec probata à facultate, nomine ipsius protulerunt sententiam damnationis in librum: recantatis pluribus propositionibus prioris censuræ Deputatorum, alijs de novo additis loco priorum, nunquam super his in Sorbona à Doctoribus dictum, alijs transmutatis de loco ad locum, aut cum alijs confusis, auctus, & in pluribus aggravatis censuris contra ea, quæ promiserant Societati, sicque censuram impressam dispertierunt per orbem. Hæc breviter relata sunt, quædam actorum in Sorbona delibatio, & insinuatio succincta. Ceterum si dicenda forent, quæ colligatio illa conspiratorum molita est cōtra nostram Aucthorem, & eius doctrinam minis, promissis, fraudibus, violentijs, mendacibus, fabulationibus, & improperijs in specie, & numero mul-

ta dicenda forent. Referunt alij, ſtet fides pones veritatem. Nobis nec hæc inſinuata manifeſtare placuiſſet ſi aliter lectoribus aliqualem notitiam de ibi actis ingerere potuiſſemus, vt quæ dicere intendimus facilius percipiantur; & niſi ab alijs fuiſſent iam diffamata.

Dum hæc agerentur Pariſijs Seraphica Religio ſtudioſa magis ignoſcendi, quam proprias offenſas vindicandi in exemplum ſui Redemptoris, qui cum malediceretur, non maledicebat, & cum pateretur, non comminabatur. 1. Petri. 2. verſ. 22. toleravit Mariam filiam ſuam convitijs laceſsiri, & improperijs, & tanquam ream graviſsimorum criminum adiudicari ſententia. De qua in commitijs lamentabili conqueſtus eſt vnus graviſsimus Doctor, & exemplificavit in quibus; procedi cum hac Religioſa, ſicut proceſſum eſt cum Salvatore in ſua ignominioſa Paſsione. Dolebant alij vehementer, ac metuebant, ne prævaleret colligatio, & debita ſubmiſsione inſtantiſsime poſtulabant conſilium, & auxilium à ſuo Romæ exiſtente vigilantiſsimo Generali. Qui paterno zelo ſolicitavit cum aliquibus Eccleſ. DD. Cardinalibus, quod diſponerent cum illo Illuſtriſsimo Nuncio, vt ſua authoritate faceret ſuſpendere reſolutionem, quia talis cauſæ cognitio erat reſervata Sedi Apoſtolicę, apud quam inchoata reperiebatur. Reſcripſit ipſe confeſſario Magni illius Regis, & ipſemet, hoc mediante. Cui reſpondiſſe fertur: *Maieſtatem ſuam nunquam ſe intromittere ſolitum in cauſis doctrinæ, & non dubitare facultatem ſemper ſecundum æquitatem proceſſuram*, ſed non fefellit eam pietas ſua; quia, etſi cōiuratio terminos omnes tranſilierit æquitatis, facultas, vt facultas ſecundum iuſtitiam iudicavit. Teſtatur hoc ille libellus, qui cenſura cenſurę nominatur, & alij plures impreſsi. Nil tamen ſuæ profuere deligentiæ, quo minus præcipitarentur factioſi.

Animadvertens hoc vigilantiſsimus ſuperior, ac cognoſcens à graviſsimis perſonis indifferentibus, apud vulgus denigrari honorem, & famam debitam ſuæ dilectiſsimæ Religioſæ ex diſperſione indiculorum per mundum nomine, etſi ſuppoſititio, facultatis Pariſienſis, maxima detinebatur anguſtia; compellebat illum tacere humilitas, modeſtia, ac mititas innata ſuæ Religionis, cuius ipſe legitimum caput, & ſuperior ſequi debebat veſtigia, & iniurijs cædere, & ignoſcere offenſis: ex alio capite conſiderans quod hæc Abbatiſſa devotiſsima aprimis vnguiculis ad vltimum anhelitum ſemper perſeveraverat ſub directione Minorum, in moderatione confeſſariorum, & ſuperiorum, & plurium anteceſſorum ipſius, quo, ſi quid malæ doctrinæ in eius reperiretur operibus, totum refundebatur in corpus ſuæ Religionis Catholicæ, & Apoſtolicæ: & ex hoc etiam in plures pios, & Sacros Antiſtites; necnon in Doctores, Magiſtros, Vniverſitates, Collegia, & in totam

tam Nationem Hispanam, Inquisitionem Generalem, necnon in Catholicos Reges, qui talia opera libraverant in veritatis bilance, & nihil minus habens invenerant: hæc omnia non tacere, non dissimulare compellebant: ne tacens, consentire putaretur, & quod veritas, quæ non defenditur, opprimeretur, & errores, quibus non opponebatur, approbare videretur ex cap. *error*, dist. 83. in hoc dubio diu manes vtrumque componere resoluit, & veritatem defendere loquendo, & taliter loqui modestia, & humilitate; vt etsi loqui videretur pro veritate, tacere cerneretur in iniurijs.

Multorum Sanctorum Patrum exempla constringebant ad primum, scilicet S. Basilij Magni Epist. 63. S. Ioannis Chrisostomi *tribus in libris adversus vituperatores monasticæ vitæ*. S. Bernardi. *Appologia ad Guillermum Abbatem*. S. Hieronymi *contra Ruffinum, & alios*. S. Thomæ *contra impugnantes Religionem*, & S. Bonaventuræ *in libello Apologetico contra impugnantes Religionem Minorum*. Ad secundum, etsi etiam exempla Sanctorum provocarent ad puniendum verbis eos, qui se & dictis, & factis offenderant, vt patet in Apologeticis S. Hieronymi cõtra Ruffinum, ab iniuriandis offensoribus abstinere per optat, & magis legentium animos solida ratio, & firma authoritas trahat, quam dicterijs inanijs ingenia luxurantia delectentur. Hoc intendens disposuit, ac præcepit pluribus suis Religiosis, in quibus relucere videbatur scientia, prudentia, & modestia Religiosa, quatenus incumbent es defensioni doctrinæ Servæ Dei Mariæ Venerabilis de Agreda, & Seraphicæ Religionis, reprimant in defensorio, etsi provocati, verba offensiva, præcipue in sacram Facultatem, quam nunquam agnoscent sententiæ suo nomine vulgatæ Autricem, sed nostræ potius Authoris protectricem. Nec etiam, nisi in quantum inexcusabile iudicetur ad maiorem explicationem, & refutationem æmulorum, in eos verba acrimoniæ refundent: quare præcipit, quod nec propria Deputatorum nomina detegantur, ne apud illos non cognoscentes bonum nomen acquisitum in sua facultate conservent, & quod loco eorum substituant nomina Indiculorum, censuræ sententia codicilli, aut solum in genere nominentur Deputati.

Inter multos, quibus hoc onus est impositum, hæc methodus descripta Minimus Minorum scientia, dives desideriorum propalandi veritatem, & firmitatem verborum, quam credo latuisse censores, zelo honoris Deiparæ actus, impulsus devotione erga discipulam eius, subiacens obedientiæ maiorum Venerabilis Matris de Agreda doctrinæ tento defensionem. Stilus erit clarus, & humilis, vt omnibus simul innotescat, nec offendant verba affectatione composita. Distribuetur per articulos tractatus insequendo censurarum normam; In quorum.

rum discursu primo ponetur littera sententiæ Deputatorum, cum suis censuris, latine tradita, vt ab omnibus nationalibus percipiatur, & vulgi ignorantis subterfugiat calumnias. Secundo, siquid aliquando fuerit à traductore ommissum, transversum, vel diversum ab integritate textus Hispani legitimi, suæ integritati restituatur. Tertio, sensum verum Aucthoris nostræ deprimatur, quando censores in aliqua æquivocatione laborare cognoscatur. Quarto, impugnationem censuræ, vel arguendo, vel mere respondendo, proponam. Quinto, quid secundus addat, vel minuat, etsi aliqua nova indigeat reflexione, aut impugnatione, notabo. Sic Nostrum prosequemur discursum; sed per prius imploro Divinum auxilium, Sãctissimæ Virginis Mariæ adiutorium exposco, quo suam Discipulam erudivit; Sanctorum Angelorum voces, & terminos, quos scriptrici exhibere solebant. Studeo stare veritati, sed quomodocumque ab illa recedere contigerit ex nunc pro semper correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ suppono, in cuius fide me vivere, & mori velle protestor, & quod illa approbat, approbo; quod illa damnat, execror; nec intendo, quod dictis, & dicẽdis maior adhibeatur fides, quã, quã ipsa dederit norma veritatis.

DISCVRSVS APOLOGETICVS.

TITVLVS INDICVLORVM PARISIENSIVM TRANSCRIBITUR, & ad suam integritatem reducitur.

1 INvenimus in titulis indiculorum relatum titulum librorum Ven. Servæ D. Mariæ de Agreda, & invenimus diminutum, non ex censorum malitia, non ex traductoris in Curia, sed ex transumpti Hispani Impresi Ruscinone, quo vsus dignoscitur noster Franciscanus Avignonensis, & ex collatione vtriusque apparet, nec sibi vitio vertendum, nam fortè, cum alium impressum non vidisset, suspicari debuit Scriptricem sic apposuisset, cum sibi de opposito non constaret. Quia tamen vel Amanuensis, vel Typographus Ruscinonenis aliqua à titulo substulit Purissimæ Virginis epitecta dignissima, & aliqua super addidit, quæ supressa videbantur sub titulo apposito ab Aucthore Maria, vt sunt illa: *Superiorum, & confessariorum suorum obedientia.* Et illa etiam de nomine traductoris, loco impresionis, & licentijs Superiorum. Ideo vt suæ originalis integritati restituatur libuit incipere tractatum apponendo titulum, provt iacet in Indiculis, & in impresso, & postea vt est in originali Servæ Dei, cui correspondet impressum Matritense super addito loco, & Typographo impresionis, quibus etiam concordant impressa Lusitana, & Antuerpiana, solumq. in Gallicis defectus isti reperiuntur. TI-

TITVLI INDICVLORVM PARISIENSIVM, sic sunt.

2 SEntentia Dominorum Deputatorum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis de propositionibus examinandis ab eadem Facultate excerptis à libro cui titulus est, &c. Expresſit Indiculus ſecundus illud, &c. *Sic censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in „ librum, qui inscribitur* : Myſticæ Civitatis Dei, miraculi ſuæ Omni- „ potentiæ, Abyſsi gratiæ, Hiſtoria Divina, & vita Sanctiſsimæ Virgi- „ nis Matris Dei, Reginæ, & Dominæ noſtræ, ab eadem Domina re- „ velata his noviſsimis ſæculis Sorori Mariæ à Ieſu Abbatiſſæ Con- „ ventus Immaculatæ Conceptionis Villæ de Agreda Ordinis S. Fran- „ ciſci, ſcripta ab eadem Sorore, Superiorum, & Confeſſariorum „ iuſſu, traducta ab Hiſpano per P. Thomam Croſet Recollectum. „ Tomus primus. Sub ſigno nominis Ieſu cum privilegio Regis „ anno 1695.

HISPANVS SIC ENVNCIAT.

3 „ MYſticæ Civitatis Dei, Miraculis ſuæ omnipotentiæ, „ Abyſsi gratiæ, Hiſtoria Divina, & vita Virginis Ma- „ tris Dei, Reginæ, & Dominæ noſtræ, reſtauratrix culpæ Evæ, & „ mediatrix gratiæ, manifeſtata his vltimis ſæculis ab eadem Domi- „ na Ancillæ ſuæ Sorori Mariæ à Ieſu Abbatiſæ Conventus Immacu- „ latæ Conceptionis Villæ de Agreda Provinciæ Burgenſis Regula- „ ris Obſervantiæ Seraph. P. N. Franciſci, ad novam lucem mundi, „ lætitiam Catholicæ Eccleſiæ, & mortalium confidentiam. Typographus Ruſcinonenſis, pariterque Interpres Avignonenſis, necnon Indiculi Pariſienſis ommiſerunt apponere epitheta illa Virginis glorioſa: *Reſtauratrix culpæ Evæ, Mediatrix gratiæ.* Matris de Agreda: *Ancillæ ſuæ.* S Franc: *Seraph.* Hiſtoriæ divinæ, fines excellentiſsimos: *ad novam lucem mundi, lætitiam Catholicæ Eccleſiæ, & mortalium confidentiam: & Provinciæ Burgenſi, & Regulari Obſervantiæ*, quod non cognoſceretur ditata tanta Filia Religioſa. Quare id fecerit Ruſcinonenſis Typographus non immoror indagare, & à confirmatione excellentiarum Reginæ Cœleſtis cunctarum in titulo hoc ſuper ſedeo, nam ſatis abunde confirmatas damus in apparatu noſtri Defenſorij à n. 103.

Sed quia Authores cenſuræ Indiculi ſecundi propoſitionum excerptarum à libro ipſam nomine glorioſo facultatis Pariſienſis decora-

runt, quo vndequaque omnimoda firmitate protecta videbatur, fuit veritas detecta, ac propalatum hoc esse purum figmentum trium, aut quinque Doctorum colligationis factiosæ. In comprobationem huius asserti multa refert liber ille dictus: *Censura censuræ* in principio, & serie controversiæ actorum in Sorbona circa examen libri istius: multa relationes impressæ, multa Epistolæ manuscriptæ, quæ apud Procuratores Romanos servantur à testibus præsentibus transmissæ, & suo tempore manifestandæ: Multa quæ à Supremis Prælatis in Curia Pariensi degentibus sunt instrumenta, ad Vniversalem Inquisitionem Romanam transmissa; quæ Eminentissimis Patribus sunt nota. Authorem talis Censuræ fuisse, non sacram facultatem, sed Syndicum eius, cum suis confœderatis assertis fiet certum, si percurratur libellus ille citatus, & videatur modus ille colligandi factionem pro dispositione delationis libri: machinationes fabricatæ ante primum generalem congressum, modus eligendi Deputatos, & tales, & tam paucos numero: removendi à congressibus Doctores sæculares, & Religiosos, etsi graviores, & sapientiores, quos, quia pios suspicabantur non consensuros cum eis: Improperia in nolentes in suum transire dictamen: convitia in Sanctos Patres, qui pro dictis exerptis propositionibus allegabantur. Hæc omnia, & alia, quæ in his suppressa omittuntur, profecto indicant non Sacram Facultatem Authorem fuisse censuræ, sed coniuratos, confœderatorum in Servam Dei de Agreda illius fuisse machinatores. His si adiungas, quæ de modo ferendi sententiam in vltimo resolutionis congressu, statuimus; omnibus publica, & manifesta cum tam innumerabilibus abusibus ibi commissis; non cognosceres æquitatem, nec facultatis dispositionem, sed martialis impetum tumultus, cui magis Syndicus erat assuefactus, quam consessibus ordinatis, pacatis, & morigeratis Scholæ. Hac metho do librum Servæ Dei Mariæ condenavit Factio, non facultas Parisiensis. Si hæc est, & dici debet condemnatio Sorbonæ sint Iudices inimici nostri. Et cum suis Doctoribus appello ad ipsam Scholam Sacram.

REFLEXIONES CIRCA PRÆFATIONEM INDICVLI secundi ficto nomine facultatis Theologiæ Parisiensis donati publicitati.

5 CVm in comitijs Sorbonæ constitutis pro dicendo suffragia per illius Doctores circa libru relatum, & delatum, plures doluissent, quod tam immodestè ageretur de excellentijs Sanctissimæ Deiparæ, etiam ex æmulis; ne insimularetur societas tota de

inimi-

inimicitia erga Altissimam Reginam, & quod viderent præsentes, crederent postea audientes, Præfationem præmittendam decreverunt in honorem Purissimæ Dominæ, quæ omnem videretur amovere inimicitiæ Marianæ suspicionem. Syndicus facultatis illius Author fuisse fertur concordi consensu: circa illam facturus aliquas reflexiones modo commentatoris discurram, prius transcribendo verba eius, & postmodum super ea reflectendo.

DICIT IGITVR PRÆFATIO DICTA.

6 „ CVm in comitijs Ordinarijs Sacræ Theologiæ Facultatis Parisiensis die 2. Maij anno Domini 1696. habitis in aula Sorbonæ post solemne sacrum de SanctoSpiritu M.Claudius le Feuvre Doctor, & Syndicus eiusdem facultatis librum obtulisset evulgatum sub hoc titulo: La Mistique Citè de Dieu, &c. vt facultas in eum animadverteret. Liber hic prodijt Mense Martij anno 1695. fama gloriosa diffundabatur per totam Galliam, & celebri acclamatione evulgabatur assidua, quando parum post initium anni sequentis venit in manus quorumdam criticorum, qui male sentiebant de eius Auctrice simul & opere toto, quod prius per legerant Hispanico Idiomate. Seminarium inimicitiæ fuerat, quod Historia ista in multis erat opposita Catechismis proprijs istorum, propositionibus vltimis Cleri Gallicani de suprema dignitate, & infallibilitate Summi Pontificis, de superioritate supra concilia omnia, & pluribus alijs doctrinis, quibus ex proprio themate tenatius adhærent hi catechistæ, quam si esset Dogma Catholicum ab vniversa diffinitum Ecclesia. Hi enim videntes, quod hæc Historia Divina, quæ ex revelatione suprema sciipta plaudebatur ab omnibus, diminuebat suorum libellorum authoritatem, conceperunt in illam implacabilem iram, & vellent perdere librum; nec modum inveniebant, quia solum erat in Idiomate Hispanico, etsi deferrent ad facultatem ex ignorantia talis Idiomatis, apud maiorem partem Doctorum, evaderet frustranea talis diligentia. In principio ergo anni dicti cum incidisset Gallice traductus prædictus liber, omnes illi doctrinæ sectatores se provocabant; & se se excitabant adversus eum eiusq; Authorem pijssimam. A tempore isto vsque ad assignatam 2. diem Maij clanculum conveniebant, & fœdere copulabantur, vt librum deferrent, & perderent; determinaverunt Deputatos assignandos; excerpserunt propositiones transfigendas, & omnia disposuerunt in suum intentum.

7 Inter hoc adfuit M. Claudius le Feuvre Syndicus, & Doctor eiusdem Facultatis. Ipse suum proprium prodet nomen, & officium,

non ego, qui velut alter Erodottus cognitus fieri voluit in mundo ex combustione Templi melioris Dianæ. Hic Fiscalis Vniversitatis ex munere, exprava sua voluntate, & consensu suorum accusator libri constitutus, & inimicus infensus declaratus *librum obtulit*, vel potius detulit, *vt Facultas in eum animadverteret*. Non desiderabat, quod illum examinaret, etsi rectum invenisset, probaret; sed vt in eum animadverteret, iudicans eum dignum sola animadversione, & punitione, & sic volens quod à tota sacra Facultate putaretur; subvertere nitens iudicum mentem sua persuasione, & quod sic male affecti, ingrederentur iudicium.

8 ,, Selecti sunt quatuor (dicit Præfatio) ex Magistris eiusdem ,, Ordinis, qui vna cum DD. Decano, & Syndico diligenter legerent, ,, & examinarent prædictum librum, & de eo ad proxima comitia ,, Generalia referrent. Mos erat servatus in hac Sacra Facultate in causis inferioris momenti non quatuor seligere duntaxat Deputatos cum DD. Decano, & Syndico, sed sexdecim, aut duodecim adminus. Signum evidens, quod tot pro sua parte non invenerunt, nam aliter illos selegissent, ne à statutis Facultatis deficerent in principio. Et tentarunt persuadere maiorem Doctorum manum stare pro illorum sententia, quando inter tantam multitudinem solum quatuor invenerunt, de quibus possent confidere: *Scilicet sunt quatuor*. Vnus erat ex inimicis Conceptionis Immaculatæ: quidem, cum liber totus impressus agat de illo mysterio, facile, si attendisset societas, cognoscere debuisset hunc inimicum, & sic à iuditio iuxta regulas æquitatis iure merito excludendum. Alter exclusus erat ab vniversitatis laudabili consuetudine, quæ non demorantes in Facultate excludit à iure similis deputationis, sed potius exclusus fuit Doctor le Charon electus maiori numero suffragiorum, & omnibus numeris dignus deputari: qui in Facultate omni dignitate, dignus inventus est. Sed erat pius, rectus, integer, & devotissimus Deiparæ, & ideo dignus exclusione iudicatus à factione. Et alter absens inclusione, qui dependebat à quodam potente colligationis. Ex duobus alijs, vnus fertur stitisse pro libro, dum proprium suffragium diceret in congressu Sorbonæ. De altero non discutro, quia vna irundo non facit ver. Isti quatuor Magistri *legerunt, examinarunt, atque de libro dixerunt*. Sed quomodo ex suis assignatibus proprietatibus coniectare licet. Non exclusit illos Sacra Facultas, quia se latebat conspiratio dicta, & iudicarunt de illis, provt de se, quod ambularent simpliciter, sicut ipsi ambulabant confidenter.

9 ,, Quod cum illi (prosequitur Præfatio) in varijs consessibus ,, privatis intra duos menses habitis magna, & diuturna conquisitio- ,, ne præstitissent, Multos privatos consessus habuerunt, magna, & diu-

diuturna conquiſitione præſtiterunt. Sed quid? Convocare, & congregare alios Doctores, qui cum eis, & eorum Maioribus habebant dependentiam, perſuadere eis minis, & promiſsis vt ad ſuam partem devenirent; de inquirenda veritate parum conquiſiverunt, qui poſtea plures propoſitiones recantarunt, & earum cenſuras omiſerunt; quas ſi diuturna conquiſitione legiſſent, non tam facile earum defenſionem „ dereliquiſſent. Die ſecunda Iulij eiuſdem anni ſuffragijs conſen„ tientibus (dicit Præfatio) retulerunt, & exhibuerunt propoſitiones „ ex prædicto libro excerptas, quas cenſura notandas exiſtimarunt. Retulerunt, & exhibuerunt propoſitiones excerptas, quas? Niſi illas quas congregaverant in libello illo famoſo impreſſo ad Doctores facultatis, directo ſtyllo epiſtolari, quo provocabant illos, vt vindices ſe præberent de quodam ſuo Patrono alio libello infamato de conſpiratione. Deteſtamur iſtum, qui magis modeſtiæ ſtudemus, quam vindictæ. Authorem illius dicunt fuiſſe ſervum quomdam cuiuſdam Domini. Sed cum in ſubſtantia eædem ſint propoſitiones excerptæ, & in epiſtola impreſſæ Authorem non fuiſſe ſervum ſuſpicamur, ſed Dominum, aut DD. Deputatos Authores fuiſſe illius Epiſtolæ diffamatoriæ.

10 „ Quibus auditis (Præfatio proſequitur) & dato omnibus, „ & ſingulis Magiſtris illarum propoſitionum, cum earum notis indi„ culo, aſsignata ſunt comitia Generalia ad diem 14. eiuſdem Men„ ſis. Circa modum, quo indiculus iſte Magiſtris ſingulis diſtribuendus erat, non levis controverſia excitata dicitur hac die in Sorbona; quidam, qui Sincerè, & iuſtè iudicabant, tenebant indiculum manuſcriptum diſtribuendum, vt ſic non extenderetur ad alios, priuſquam cognoſceretur, ſi Author erat rea, & eius doctrina ſuſpecta, nec ſic denigraretur eius fama antequam eius cauſa eſſet cognita, & improba inventa. Alij contendebant impreſſum elargiendum ad vitandum moleſtiam ſcriptorum, & vicerunt. Sed finem illorum indicant quã plura traſumpta impreſſa, quæ certatim diſperſerunt per orbem, miſſa ad eos, quos æmulos ſciebant Servæ Dei. *Hac die 2. Iulij aſsignata ſunt comitia Generalia ad diem* 14. *eiuſdem.* Suprema Inquiſitio Generalis Hiſpaniæ inſumpſerat annos 14. in examine doctrinæ huius Servæ Dei, cum continua vigilantia, ſibi ſolita, & à nobis relata in defenſorio à num. 690. priuſquam ſuam vltimam exhiberet reſolutionem; & in Sorbona aſsignantur vndecim duntaxat dies pro tam gravis negotij reſolutione capienda; Ideo tam diverſa prodijt reſolutio.

11 „ In quibus auditis iterum Dominis Deputatis (dicit Præfa„ tio) proſequendo die illa 14. Iulij, Deputati ſuam ſecundo confir„ maverunt ſententiam. In hac die videntes Doctores indifferentes;

quod

quod contingebat illi Patri Meron Franciſcano, informati de conſpiratione Factioſorum, inſtructi de cauſa deficiendi à comitijs graviſsimorum Doctorum, aliquid hic myſterij latere ſuſpicati ſunt. Rem intenſius conſiderandam clamaverunt; non tam celeriter eam reſolvere voluerunt, ſed quod vnuſquiſque circa illam ſuum publice diceret dictamen, ſtatuerunt: *Ac triginta duabus congregationibus habitis*, dicit Præfatio, *in quibus centum quinquaginta duo Magiſtri dixerunt.* Quia tamen inſinuatum manet à nobis, quid, & quomodo proceſſum eſt in iſtis congregationibus, ideo ne acta repetamus, ab his ſuper ſedemus, ſicut & ab illis, quibus prædicta præfatio ſuum terminat verſiculum primum ſcilicet. Die tamen 17. Septembris eiuſdem anni
„ Sacra Facultas, concluſione lata, prædictum librum damnandum
„ cenſuit, provt de facto damnavit.

12 „ Verſ. 2. dictæ Præfationis ſic dicitur: Verum ante quam
„ propoſitionibus exhibitis ſingulares notas apponat, præmittendam
„ cenſuit conteſtationem publicam, qua profitetur ſe nihil quidquam
„ ferenda cenſura imminutum velle, de vero, & legitimo culto, quem
„ Sanctiſsimæ Deiparæ exhibendum præſcribit Catholica per orbem
„ Eccleſia, cuius quidem honoris vindicem ſe præ ceteris præbuit
„ hactenus, & qualibet occaſione data, præſtituram ſe ſpondet. Coacti ſunt Præfationis Authores à multitudine ſocietatis illam ante omnia præmittere ob ratione͂ dictam n. 5. ſed quia coacti non ſtiterunt fidei promiſſæ. Sacro Sancta enim Eccleſia per orbem diffuſa plura præſcribit circa legitimum cultum ac verum, quæ diminuta veniunt per ſuas notas, & cenſuras propoſitionibus infraſcriptis ab ipſis appoſitas: nam in ſua profeſsione non ſolum proteſtantur, non ſolum non velle quidquam diminutum ire de his, quæ ſunt de Fide Catholica, ſed etiam ea, quæ pietate Religioſa præſcribit Eccleſia, vt patet in confeſsione circa myſterium Immaculatæ Conceptionis Mariæ Sanctiſsimæ, & eius Aſſumptionis in Cœlum in Corpore, & Anima: at de his plura minuunt in ſuis notis, vt quod non ſit adoranda adoratione vlla Sacratiſsima Virgo, & plura quæ in vltimo articulo illi concedere renuunt, quæque plures Patres Eccleſiæ ipſi vnanimi conſenſu concedunt, vt ibi videbimus. Ergo profeſſa non ſervant, nec promiſsis ſtant. *Præ ceteris ſe extollit vindicem ſe præbuiſſe honoris Deiparæ.* Ex his infero non fuiſſe etiam præfationis Authorem Sacram Facultatem, nam dato quod ita fuerit, ipſa cum ſua gravi prudentia nolet tam aperte, quantumvis devota deficere ab illo. *Laudet te alienus, & non proprium os tuum, qualibet occaſione data eadem præſtitura͂ ſpondet.* Sed quæ melior occaſio ipſis poterat contingere; & tamen multa ſubſtinuit in congreſsibus dici diminutiva honoris iſtius; quin in vindictam, nec diminutores punierit, nec repreſſerit, ſtrena obloquentium deſtruit, quod adſtruit.

13. „ Verſ.

13 „ Verſ. 3. prædicta Præfatio clamat: Declarat itaque ſe Sanctiſsimam Virginem Mariam, vt verè, & propriè veri Dei Matrem „ venerari, & magnificare, eamque vniverſa viſibili, & inviſibili creatura Superiorem reputare, vt loquitur (A) S. Germanus Patriarcha „ Conſtantinopolitanus. Tenere ſe etiam cum Eccleſia B. Virginem „ ſpeciali Dei privilegio immunem fuiſſe à peccatis omnibus etiam „ venialibus; eamque cum S. Prodo (B) penetrale Innocentiæ Sacrarium venerari. Se quoque confiteri illam eſſe Matrem Dei, ſimul „ & Virginem, ſemperque Virginem: ac proinde deteſtari hæreſes „ Neſtorij, Ebionis, Ioviniani, & Helvidij. Agnoſcere cum S. Irineo „ (C) Advocatam: cum S. Baſilio Seleuciæ, (D) alijſque Patribus „ mediatricem: Tum pro materna, qua ſalutis noſtræ negotium apud „ Filium pertractat Charitate: Tum pro ſumma, qua apud ipſum „ pollet gratia: eiuſque, vt dignitatem ſupra Sanctos omnes prædicat, & ſuſcipit; ita & potentiori eius interceſsioni, & tutelæ præcipue confidere. Stare ſe determinationi Maiorum ſuorum de Conceptione Immaculatæ Virginis Mariæ, videlicet quod in ſua Conceptione præſervata fuit ab originali labe. Sentire ſe cum veteri „ Liturgia Gallicana (E) eam in Cœlum poſt mortem cum Corpore, „ & Anima fuiſſe translatam.

(A) *Epiſt. ad Ioan. Epiſ. Synaden. in 7. Synodo act. 4.*
(B) *Orat. 6. S. Dei param.*
(C) *Lib. 5. ad vox, hæreſis cap. 19.*
(D) *Orat. in Annũt.*
(E) *Edita à Mabilonio.*

14 Hæc eſt confeſsio nomine Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis circa cultum verum, & legitimum Virginis Matris. Sed non credo, quod ſit ipſa, quæ loquitur in ea: nam quid opus hic & nũc obſtet facere declarationem hanc? Quis aliquod eorum ſibi aliquando vertit in dubium, & de ſua pietate erga Reginam Cœlorum dubitavit? Sed ipſa propter ſe nihil horum opus haberet, nam vt dicit ipſa Præfatio hactenus præ cæteris ſe vindicem præbuit honoris Mariani. At pro aliquibus filijs ſuis opus erat ſic confiteri, non quia negaverant Angelorum Reginæ, quæ de Fide Catholica docet Eccleſia, ſed quia factioſi occaſione huius libri, multa offuſcaverant, quæ de illa ſentit pietate Religioſa. Inter alia tentabant abrogare decretum illud antiquum de Immaculata Conceptione Mariæ, & ſe liberare à iuramento de illa ſemper publice defenſanda. Myſterium Aſſumptionis omiſſerat Syndicus in illa colocare, & niſi Illuſtriſsimus Archiepiſcopus Pariſienſis ob ſuam maximam devotionem, & titulum ſuæ Cathedralis, ipſum compuliſſet apponere, tale myſterium à Sacra Facultate omiſsive remanebat excluſum. Propter hæc, & alia compulit Academia Pariſienſis, vt Præfatio præmitteretur Indiculi ſecundi in fronte præfixa. Quare, quando fructus alij ex Libro Matris de Agreda non fuiſſent conſecuti, quam quod hæc duo maxima Deiparæ myſteria, quæ videbantur apud Gallos perturbari, à Sacra Facultate confirmarentur de novo, vt illa ex Deo proveniſſe cenſeretur.

15 Sed etsi Sacra Facultas apponi iusserit, nec ipsa composuit, nec approbavit, nec ex suo imperio fuit Typis excussa præfatio: quia multis defectibus referta. 1. Ipsa est sibi contraria; confitetur enim cum S. Germano *Superiorem omni creatura reputare*: & postea negant art. vlt. plures gratias, & excellentias in primo instante suæ Immaculatæ Conceptionis habuisse, quas ad minus non possunt negare Sanctos Angelos habuisse: & sic non esse Superior omni creatura: & esset contra illud S. Bernardi: quod alicui Sanctorum constat fuisse concessum, nefas est credere Mariæ fuisse negatum. 2. Nam præbet occasionem suspicandi artificio fuisse fabricatam: *Nam etsi dicat: stare determinationi Maiorum de Conceptione Immaculatæ Virginis*: Titulum *Immaculatæ* non applicat Conceptioni, sed Virgini, quod non toleraret Sacra Facultas, cum multoties, Conceptionem purissimam hoc honoraverit Titulo glorioso. 3. Quia etsi detestetur quatuor antiquos Hæreticos impugnatores Maternitatis Mariæ, non reliquos alios modernos Anthimarianitas, qui male de cultu ipsius sentiunt; & suspicari datur ansa illos non detestari, quia aliquam eorum teneret doctrinam. Ad minus Facultas id nunc sumptum non approbaret.

16 Quarto, talis confessio videtur diminuta: Duo genera obiectorum in ea confessione ponuntur, quædam, quæ sunt de Fide Catholica, alia, quæ sunt de pietate Religiosa. Ea, quæ ponit de Fide Catholica, aut confitetur solum secundum quod ibi exprimuntur? Si sic diminuta est. Nam vna Vniversitas non solum ea expresse confiteri tenetur, quæ ibi ponuntur, sed omnia alia, quæ de Purissima Virgine narrantur in scripturis. Aut confitetur secundum quod in eis imbibuntur. Etsi sic plus dicit confessio, quam Mater de Agreda dixit: nam confitendo Maternitatem Dei, dicit, quidquid potest dici de Maria. Et sic magis excedit ista confessio in laudes eius, quam Mater de Agreda in omnibus suis scriptis. Ea, quæ ponit de pietate Religiosa, aut ea solum confitetur ea pietate, qua exprimit ibi, & sic plane diminuta est; nam SS. Patres infinita alia plura confitentur de excellentijs Deiparæ, quam ponit ista confessio. Aut quæ ibi subprimuntur, & sic est confessio confusa; & multa ignorat, quæ ibi confitetur. Tandem præsumi nequit Facultatem tantorum Doctorum niti in Iudicio vnius Doctoris Mabillonij in asserenda Assumptione Gloriosa, cū habeat pro fundamento consensum Sanctorum Patruum, & totius Ecclesiæ pietatem. Nec pro Immaculata Conceptione Maiorum suorum determinationem, cum fortius firmaretur decretis, & Statutis Summorum Pontificum, & præceptum illam celebrandi cum Octava ab hoc SS. P. Innocentio XII. sine illa restrictione impositum.

17 „ Vers. 4. Præfationis dicit: Verum cum Sanctissima Virgo „ falso non egeat honore, veris cumulata horum titulis, & infulis

dig-

„ dignitatum, vt docet S. Bernardus (A) immoderatum, superstitio-
„ sum, commentitium cultum planè non admittit Sacra Facultas; si-
„ quidem non est hoc Virginem honorare; Sed honori eius detrahe-
„ re, vt idem S. Bernardus loquitur. S. Bernardus Divini Cultus ze-
lator, videns quod Canonici Lugdunenses festum Purissimæ Conceptionis celebrabant, non concessum ab Ecclesia, & hoc periculum timens; tunc non capiens mysterium, nec sciens festum esse introductum, persuasionibus Sancti Anselmi inuehisse dicitur conra prædictos Canonicos verbis allegatis ab Authoribus in sua præfatione; quibus inventis, agnoscentes sibi consona futura ad impugnandum pietatem Matris de Agreda, eisdem contra illam inuehuntur nomine Sacræ Facultatis. At attendere debebant plures Doctores, ipsamque Facultatem responsuram; non esse compertum Epistolam hanc legitimum partum stitisse mentis S. Bernardi, sed plures dubitare: Item scriptum esse S. Bernardum suam mentem retractasse, apparendo ex omni parte candidus, & in pectore maculatus, qui vsque confessus est mysterium Conceptionis Sanctissimæ: Etenim debere attendi prædicta verba nihil profuisse quominus Canonici illi omitterent celebrare dictum festum; nec Ecclesiam talia reputasse, vt propter illa relinquerit magnificare mysterium vsque ad eminentiam, qua modo reperitur. Sicut ergo tantus Doctor nimio tactus zelo reputavit honorē Virginis immoderatum, superstitiosum, & commentitium celebrare festum Conceptionis; & ita non fuit, sed debitus, Religiosus, & verus. Cur adducunt verba ad comprobandum cultum, quem tribuit Mater de Agreda Virgini Sanctissimæ esse falsum, & commentitium, quæ in simili materia innania inventa sunt? Ex quibus deducitur tantam Facultatem non potuisse esse Authorem præfationis, quia non est præsumendum ipsam adducturam verba, in quibus talia dubia reperiebantur, & quibus nihil probatum esse ei constabat. Deducitur etiam ad casum non esse bene allegata; & adducentes illa ex eorum exemplo metuere, & attendere debebant, ne forte ipsis exiret irritum, quod tanto Doctori non bene exijt comprobatum.

18 „ Sed prosequitur Præfatio: Inde observabat Sapienter S.
„ Epiphanius, par & idem ex ambabus hæresibus detrimentum acci-
„ dere, cum alij Sacrosanctæ Virginis dignitatem elevent, alij præter
„ modū, & rationem attollant. Recte autem ad propositum addit idem
„ Epiphanius posterius dogma (eorum scilicet, qui Virginis dignitatē
„ præter modum attollunt) vix alios Authores, ac Patronos habere,
„ quam mulieres. S. Epiphanius hæresi 78. refert *quosdam fuisse hæreticos, qui B. Virginem Mariam, postquam Christum genuit, viro copulatam esse; ipsi inquam S. Iosepho*; quo ipsi gloriam perpetuæ Virginitatis auferebant. Ex adverso Collyridiani *ita dissipiebant, vt in tractatione de*

 ipsa

ipsa Sancta semper Virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam, ac amentia ducantur. Narret eorum (ex quadam Epistola, quod *quædam mulieres illis in Arabia à partibus thraces hanc vanitatem innexerunt, vt in nomen semper Virginis Collyridem quandam sacrificent, & simul congregentur, & in nomen Sanctæ Virginis vltra modum quid tentet aggredi nefario, ac blasphemo negotio, & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres; quod totum impium est, & blasphemum.* Ne putarent hominem secundam hanc sectam extollentem Virginem melioris esse conditionis, quam primam deprimentem; Hæresi 79. in principio contra illam invehitur: *æquale est enim in vtriusque sectis detrimentum, cum illi quidem vilipendant Sanctissimam Virginem; hi vero rursus vltra decorum glorificent.* Præterea dicit, quod hæc secunda magis meretur damnationem stoliditatis, quam quod in ipsa reperiatur aliqua sapientia: *Hi enim, qui hoc defendunt, qui sunt præter mulieres? Et ex hoc dogmata ridicula: quia muliebre genus lubricum est, erroneumque, ac intellectu humili prædictum: etenim, & ipsi Diabolo visum est hoc à mulieribus euomere, quemadmodum enim supra apud Quintillam, & Maximillam, ac Priscillam ridicula sunt dogmata; sic etiam hic.* Hæc sunt quæ Epiphanius versat vbi citatur à Præfatione.

19 Ex mente relata S. Epiphanij perspicue claret, quam incongrue eius verba adducantur ad casum, nec sic posse adduci à Sacra Facultate, sed ab æmulis: Adducere exemplum mulierum hæreticarum contra fœminam Catholicissimam, est iniuria: componere velle fœminas constituentes S. Virginem Deum, cum nostra, quæ semper dicit Purissimam Reginam esse puram creaturam inferiorem Deo infinite, licet superiorem omnibus creaturis, improportio est manifesta: Conferre fœminas illas sacrificulas cum Matre de Agreda, quæ nullum alium cultum invenitur expressisse pro Sanctissima Deipara, quam quem cum Sanctis Patribus ei tribuit Ecclesia, collatio est disparata: arguere de insipientia Mulierum Thracam, ad infusam sapientiam huius prudentis Virginis, est debile argumentum: Dicere quod ex eo quod aliquæ mulieres ab erraverint per excessum in laudibus Mariæ, sit inferrendum quod sit connexum generi muliebri similiter errare, vel huic, non ostendendo expresse in quo reperiatur error, sicut Epiphanius ostendit de assignatis, est iniuria. Si enim Deputati expresse assignassent quid vitij in libro Matris de Agreda, quid opus erat triginta duobus congressibus in vna Vniversitate tam Catholica, & sapientissima, in qua ad minus plusquam sexaginta Doctores steterunt pro eius indemnitate.

20 „ Concludit dicta Præfatio. Mirum enim est, quantum in „ hoc genere in prædicto libro, cuius vna versio Gallicana Facultati „ exhibita est, excesserit, & aberraverit mulier illa, quæ Historiam

„ con-

„ contexuit vitæ Beatissimæ Virginis, tam absonam certe, quam in-„ auditam, &c. Excesserunt, atque erraverunt mulieres illæ Thraces extollendo Virginem quousque sibi illam Deum constituerunt; & hoc non mirantur Præfationis compillatores: de Ven. Matre de Agreda mirantur quantum hoc in genere excesserit, & aberraverit. Profecto indicare videntur se maiores reputasse excessus, & errores Matris de Agreda in extollenda Purissima Angelorum Regina, quam Collyridianorum, qui illam suum Deum constituebant, eique sacrificabant. Vnde hoc? Profecto non ex alio, quam ex livore in illam præconcepto. Quid aliud indicat, non dignari proprium illius nomen exprimere, sed illo emphatico, & opprobrioso sub intelligi velle: *Mulier illa*? ex hoc Historia sua Divina illis absona visa est, quæ innumeris viris digna visa est Spiritu Sancto, & consona valde; non erravisse ostendemus inferius: excessisse vires naturæ mirum in modum fatemur. Excessit, sed extollendo supra mensuram creaturæ. Excessit, sed iuxta Sanctorum elogia, & mirabilia epitheta. Excessit, sed secundum scripturæ testimonia explicita, vel implicita; determinationes Ecclesiæ, optimos mores, & altissimæ perfectionis principia. Maximus videbitur excessus quod vna inops Religiosa, ignara, & illiterata ex se, tanta potuerit exprimere mysteria. Mirum est enim; sed non est mirum attentis viribus gratiæ, & obiecti, de quo agit superioritate inexhausta. Reliqua, quæ Præfatio concludit plena contumelijs, & opprobrijs propter modestiam, & charitatem omitto, quæ ni attendatur, ansam ministrant in æmulos desæviendi. Ignoscimus omnes iniurias, & convitia propter Deum; & propter ipsos Deum deprecaturos promittimus, & ad propositiones particulares excerptas, earumque notas infirmandas accingimur, & properamus.

ARTICVLVS PRIMVS CIRCA PRIMVM Deputatorum articulum.

TRANSCRIBVNTVR PROPOSITIONES, A LIBRO Gallico excerptæ, Latino Idiomate, & earum censura.

P*Ag. 15. num. marg. 9. Author introducit Deum loquentem de tempore, quo misit Filium suum in mundum, sic. I. Tunc amore Paterno impulsus misi salutem æternam in remedium humanæ naturæ ad eius curandos languores.*

II. Nunc volo aliam (misericordiam) valde magnam eis exhibere,

quia est tempus opportunam operandi eam.

III. Vt aptius id exequar, & quia tempus est, quo Attributum meæ misericordiæ magis est manifestandum, & quo volo; quod meus amor sit magis operativus.

IV. Respiciens ad iustos existentes in hoc tempore, ipsis acceptabili; volo cunctis pandere Portam, vt eam, ad meam ingrediantur misericordiam; & Lucernam præbere, qua intebris cæcitatis eorum illum inentur.

V. Pag. 17. n. eodem: volo eis exhibere Speculum, in quo videre valeant eorum ingratitudinem. Et miracula; quæ Brachium meum potens operatum est cum illa creatura; & eis multa manifestare, quæ egi cum Matre Verbi, & ex meis Iudicijs profundis occulta manent.

CENSVRA.

Hæc doctrina, quæ dicit misericordiam Dei magis eluxisse, amoremque eius magis operativum fuisse in manifestatione rerum, quæ dicuntur huic Moniali revelatæ de mysterij Sanctissimæ Virginis, hactenus occulto Dei, vt ipsa dicit, iudicio abscenditis, quam in missione Verbi Incarnati in hunc mundum: falsa est, temeraria, scandalosa, & impia.

21 Ratio, super quam censura hæc cadere potest, talis potes esse; & quam claritatis maioris causa, sic exprimo: Pater Æternus loquitur de tempore, quo misit Filium suum in mundum, vt patet de prima propositione; sed nunc dicit se velle hominibus aliam misericordiam exhibere, vt dicitur in secunda propositione, quæ est manifestare vitam, & miracula, quæ fecit in Verbi Genetrice, in qua misericordia magis manifestandum est Attributum misericordiæ, & eius amor futurus est magis operativus: ergo tenet misericordiam Dei magis eluxisse, amoremque eius magis operativum fuisse in manifestatione vitæ, & mirabilium Sanctissimæ Virginis revelatorum huic Moniali, quam in missione Verbi Incarnati in hunc mundum. Sed hoc dicere est falsum, temerarium, scandalosum, & impium: Ergo: & doctrina, quæ hoc enuntiat, qualis est hæc huius Monialis. Videtur impossibile, quod censura aliquam possit apperientiam habere, nisi sic vollitetur argumentum; sed vt cognoscatur clarè quam sine fundamento, & ratione fabricatum est, libet textum Scripticis, eiusque verum, & genuinum sensum propalare.

AVTHORIS NOSTRÆ COMPLETVS TEXTVS RIGORE, Latino transcriptus exhibetur, & eius mens genuina propalatur.

22 ,, FIlia mea, quando missi meum vnigenitum in mundum
,, erat ei status deterior, quam ab eius principio, paucis
,, aliquibus exceptis, mihi famulantibus: nam humana natura ita est
,, imperfecta, quod nisi ad regimen interius lucis meæ reducatur, &
,, ad exercitium instructionis Magistrorum meorum, subijciendo suum
,, proprium dictamen, & me sequendo, qui sum via, veritas, & vita,
,, & servando mea mandata, quin à mea decidat amicitia, ruat subi-
,, to in profundum tenebrarum, & in miserias innumerabiles de Abys-
,, so in Abyssum; donec ad obstinationem veniat in peccato. A crea-
,, tione, & primo hominis peccato, quousque dedi Legem Moisi, pro-
,, cesserunt secundum proprias inclinationes, & commiserunt mag-
,, nos errores, & crimina. Et adhuc post Legem ea perpetrabant, quia
,, transgrediebantur illam; sicque processerunt, & magis se à verita-
,, te, & luce elongaverunt, accedentes ad statum oblivionis summæ:
,, *Ipse amore Paterno missi salutem æternam, & remedium humanæ na-* I.
,, *turæ in medicinam suorum Languorum* insanabilium, quo causam
,, meam iustificavi. Et sicut tunc attendi ad tempus, quo mea mise-
,, ricordia magis eluceret; nunc volo eis *exhibere aliam magnam nimis,* II.
,, *quia est tempus opportunum operandi eam*: donec veniat hora mea, in
,, qua Mundus tot capita criminum acta reperiet, & testimonijs vali-
,, dissimis roboratos processus, quod agnoscet meæ indignationis iu-
,, stum motivum, in ea ostendam iram meam, iustitiam, & æquita-
,, tem; & quàm optimè mea causa iustificata est. Vt id aptius exequar,
,, & quia tempus est, quo *Attributum meæ misericordiæ est maximè*(vel III.
,, magis) *manifestandum, & in quo volo, quod meus amor non sit otiosus,*
,, *nunc quando Mundus venit in sæculum tam miserum post Incarnatum*
,, *Verbum*; & quando mortales magis sunt immemores sui boni, ip-
,, sumque minus exquirunt: quando dies labentis vitæ eorum magis
,, declinat ad finem: quando Sol temporis eorum in suum ruit occa-
,, sum: quando præcitis nox æternitatis propinquat: quando iustis ori-
,, tur dies æternus, cui succedet nulla nox: quando pars maior mor-
,, talium est in tenebris ignorantiæ suæ, & culparum; opprimendo
,, iustos, & filios Dei illudendo: quando mea Lex Sancta, ac divi-
,, na contemnitur propter polliticam mundanam iniquam, tàm in-
,, fensam, quàm providentiæ meæ inimicam: quando minus obligor
,, ab hominibus: *Respiciens iustos in hoc tempore, ipsis acceptabili, existen-* IV.

,, *tes,*

,, *tes, volo ipsis aperire Portam, vt per eam ad meam ingrediantur miseri-*
,, *cordiam, & concedere Lucernam, qua in tenebris cæcitatis eorum illu-*
,, *minentur.* Volo eis elargiri remedium opportunum; si volunt eo
,, vti, vt ad meam perveniant gratiam. Et erunt satis fœlices, qui
,, illud invenerint,& beati, qui eius agnoverint æstimationem; divi-
,, tes,quibus obuiaverit Thesaurum; fœlices,& sapientissimi, qui re-
,, verenter fuerint illum scrutati,& eius enigmata perceperint, & Sa-
,, cramenta. Volo quod intelligant quanti valoris est illius intercessio,
,, quæ eorum culparum stitit remedium,in suis visceribus vitam mor-
V. ,, talem immortali tribuendo: *Volo, quod sint eis in speculum, quo suas*
,, *videant ingratitudines, mirabilia opera Brachij mei potentis cum hac*
,, *pura creatura; & multa eis revelare, quæ ex iudicijs meis profundis ma-*
,, *nen. occulta de his, quæ operatus sum cum Genetrice Verbi.* Hæc scrip-
,, trix.

23 Vt mens eius legitima cognoscatur, sciri oportet Servam Dei, cap. 1. & numeris antecedentibus istum, totam esse in assignandis dispositionibus, quibus à Domino præparata fuit, vt præfatam Historiam, vitamquè Virginis Matris exararet papyro; inenarrandis Divinis mandatis, quibus ad id cópellebatur sua humilitas profunda; & in referendis motivis, quibus magis ad id adstringebatur. Num. 9. ennarrat quod Sanctissima Maria, & Altissimus tam efficacibus rationibus eam compulerunt ad scribendum, quod iudicaverit esse temerarium, & erga se exiguam charitatem tantis præceptis, & hortamentis non obtemperare. *Nec mihi* inquit, *visum est expediens in aliud tempus differre, quia Altissimus mihi manifestavit hoc esse tempus opportunum, ac conveniens, & super hoc dixit mihi sequentia*: Filia mea, &c. In istis vltimis clausulis manifestat Author intentum Altissimi primarium persuadere sibi nunc esse tépus scribendi vitam Reginæ Angelorum. Hic est finis, & scopus, non loqui de tempore, quo misit Verbum in mundum: quare Deputati, dum in principio introduxerunt Authorem inducere Patrem loquentem de tempore illo, & hoc in idiomate Gallico, stabilierunt principium, quo tota eorum machina fundatur: sed contrarium expressæ menti Authoris. Si enim postea de tempore isto loquitur, est assumendo illud pro medio, vt probaret temporis præsentis opportunitatem; non tamen est Domini Scopus primarius, vt male sibi persuasisse Deputati Parisienses, & quod notari est conveniens propter infra dicenda.

24 Cum iuxta Divum Ambrosium morale sit, vt qui fidem exigit, fidem adstruat, & patet in Angelo, qui volens persuadere Virgini Purissimæ Incarnationis possibilitatem, adduxit in exemplum conceptioné Ioannis ex Matre sterilli: Sic Altissimus volens persuadere scriptrici, quod erat tempus opportunum scribendi vitam, & Historiam Dulcissimæ

ſimæ Mariæ, exigens ab illa fidem, fidem adſtruere voluit, vtendo aliquo exemplo, & convincendo eam argumento aſsimili, ex opportunitate temporis, quo miſit Verbum, in mundum, quaſi diceret: motivum mittendi Verbum in mundum fuit miſericordia mea: *Per viſcera miſericordiæ Dei Noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto*: & dicit ſcriptrix in 1. propoſitione excerpta nomine Altiſsimi: *Ego amore Paterno miſi ſalutem æternam, & remedium humanæ naturæ.* Sed miſericordia reſpicit miſeriam; & tempus magis opportunum ad illam exercendam eſt maior miſeria, & quando ipſa magis regnat; at quando miſi verbum in mundum regnabat miſeria maior, quia nunquam mundus fuerat in deteriori ſtatu à ſuo principio vſque tunc: ergo in tempore magis opportuno.

25. Hoc ſtabilito principio, ex illo proſequitur Altiſsimus ſuum convincere intentum: in propoſitione excerpta: *Sicut tunc attendi ad tempus, quo mea miſericordia magis eluceret, ſic nunc volo eis exhibere aliam magnam nimis*: Vbi velim notes Dominum non dixiſſe aliam maiorem; ſed magnam nimis, quo ſignificavit expreſſe ſe non ponere comparationem inter exceſſum vnius, & alterius, vt male cogitaverunt Deputati; ſed ſolum proportionem; quia argumentum aſsimili non ſequitur in omnibus proprietates aſsimilati, quanto minus exceſſum, & ſicut proportionem ſignificat, non rigorem comparationis. Quod vltra confirmat illa cauſalis: quia eſt tempus *opportunum operandi eam*: vbi non dicit, quia eſt tempus *opportunius, nec magis quam tunc*, non *magis quam poſt Verbum incarnatum*; *ſed opportunum*. Sufficiebat enim Altiſsimo convincere Authorem noſtram eſſe tempus opportunum ſcribendi vitam Beatiſsimæ Virginis, vt ipſa determinaretur, poſt tot præcepta ſibi impoſita ad ſcribendum: quare ex verbis dictis nullo modo deduci valet comparare vnum tempus ad aliud cum exceſſu iſtius ad illud, ſed cum debita proportione.

26. Tertia propoſitio excerpta, videlicet, vt id aptius exequar, & quia tempus eſt, *quo Attributum meæ miſericordiæ magis eſt manifeſtandum, & quo volo, quod meus amor non ſit otioſus.* Ex mala intelligentia induxit Deputatos ad illam plectendam ſua Virga ferrea cenſoria; putaverunt facere comparationem inter tempus mittendi Verbum, & manifeſtandi mirabilia Deiparæ; & dicere quod tale miſericordiæ Attributum magis erat manifeſtandum in hac mirabilium declaratione, quam in illa Verbi miſsione, & conſequenter magis in ea eluxiſſe; ſed eſt manifeſtè contra mentem ſcriptricis: non enim comparat hoc tempus manifeſtationis mirabilum Sanctiſsimæ Mariæ cum illo tempore mittendi Verbum, nec in eo dicit magis manifeſtandum Attributum miſericordiæ, quam in illo; ſed quam in die extremo iuducij; die ſuæ vindictæ, & punitionis: Nam dicit quod nunc eſt tempus, quo magis

eſt

est manifestandum, quam in tempore, de quo immediatè locutus erat; sed locutus erat de hora sua, quando veniat ad iudicandos homines, quando veniat ostendere iram suam, iustitiam, & æquitatem: & sic dicit: & quia est tempus, quo Attributum meæ misericordiæ est magis manifestandum, quam in illo die, in quo totus futurus est rigor, & indignatio: ideò volo eis nunc facere misericordiam hanc magnam, antequam veniat dies ille, in quo magis est manifestandum Attributum meæ iustitiæ. Vt melius id clarescat, revertere oportet ad verba intermedia inter secundam propositionem, & hanc tertiam, quæ sunt ista: *Nunc volo eis exhibere aliam magnam nimis, quia est tempus opportunum operandi eam, prius quam veniat hora mea, in qua mundus tot criminum capita acta reperiet, & testimonijs validissimis roboratos processus, quod agnoscat meæ indignationis motivum iustum:* in ea ostendam iram meam, iustitiam, & æquitatem, & quam optimè causa mea iustificata est: vt id aptius exequar, & quia tempus est, quo Attributum meæ misericordiæ magis est manifestandum, & quo volo, quòd meus amor non sit otiosus.

27 Itaque sensus Domini in his verbis est: nunc volo eis exhibere misericordiam magnam nimis, quia est tempus operandi eam, antequam veniat dies vltionis, in quo meæ iustitiæ Attributum magis est manifestandum; quia nunc tempus est, quo magis manifestandum est Attributum meæ misericordiæ; quia tempus miserendi est, quantum tunc erit tempus puniendi; quæ doctrina, quia proclamata est in Scriptura, & Patribus, probatione non eget. Hæc est mens Authoris nostræ nomine Altissimi descripta; quæ quam diversa sit à præsumpta à Deputatis, & quam Catholica, pia, & vera, est luce clarius. Statuto, quod sit tempus opportunum faciendi hanc misericordiam magnam ex parte temporis, quia sumus in tempore miserendi, & quo magis est manifestandum Attributum misericordiæ, quam iustitiæ; ex alio capite id persuadet, nempe ex miseria, qua nunc reperitur mundus; & quam graphice describit verbis positis à tertia propositione, vsque ad quartam: in quibus nullibi reperitur dicere esse maiorem miseriam, nec æqualem illi, quæ erat tempore, quo Verbum venit in mundum: nec in hoc dicit venisse homines ad deteriorem statum, quam habuerat à principio vsque tunc; neque quod pervenerant ad summam oblivionem; nec esse paucos in servientes Deo, licet dicat iustos non esse maiorem partem: quare totum fundamentum censuræ est merum figmentum Deputatorum, ex prava intelligentia doctrinæ Servæ Dei.

28 Tandem, quia dixerat Dominus manifestationem hanc mirabilium Purissimæ Matris Virginis esse misericordiam magnam nimis, probat hoc à quarta propositione vsque ad finē: quia per illā aperitur nobis Porta, vt per eam ingrediamur ad misericordiam Dei. Purissima

Virgo est ista porta; sua vita, & potentìssima intercessio: nam vt inquit S. Iosephus Hymnographus in Mariani: *Ipsa est porta, per quam omnes peccatores in attria indulgentiæ ingrediũtur; per quã peccatoribus vniversis indulgentiæ aperiuntur, & patent ingressus*: In hac nobis apponitur lucerna, vt dicit Bartholomæus Pisanus de laudibus Virg. fruct. 8. *Deus illã illuminando, alios vitæ exemplis illuminat*. Et S. Ambrosius: *Talis est Maria, vt eius vita omnium nostrum sit Disciplina*. Per illam nobis proponitur speculum in quo possimus nostras cognoscere ingratitudines: nam ipsa Domina amabilissima est, teste S. Bernardino tom. 2. serm. 51. *Speculum Christianæ vitæ, ad quod semper respicere debent, qui cum Christo regnare volunt*. Et Mauritio de Villaprobata, serm. 10. Coronæ novæ B. M. *Speculum in quo peccatores* respicientes, videre possunt quomodo, & qua parte sint infecti. Quæ gloriosa epitheta Sanctissimæ Reginæ comprobata reperies, si in Indicibus prædictæ Historiæ, verba, & elogia ista exquisieris: vbi maximè doleo, quod Deputati has duas propositiones vltimas excerpserint castigandas, cum nec ad suam censuram coadjubent, nisi ad faciendum numerum maiorem; & sint elogia dignissima Purissimæ Imperatricis ex Patribus comprobata; nam parum ipsis Doctoribus affecti poterunt præsumere sic illas excerpsisse, vt illa elogia ipsi Dominæ denegarent. Manifestato sensu legitimo verborum Servæ Dei Mariæ.

METHODVS CENSVRANDI DEPVTATORVM improbatur.

29 ASsignamus n. 21. fundamentum, quo censura præiacta poterat sumere occasionem, vidimusque illud compactum ex varijs propositionibus extractis, & villicatis à diversis fragmentis numeri, admodum, quo Impressores extrahentes litteras à varijs clausulis, in quibus sunt, dictiones, periodos, propositiones, & libros componunt; iuxta quod sibi obijciunt componendum, alias propositiones sanas, & Catholicas, alias falsas, & hæreticas: Sic nostri fecere Deputati obiecerunt sibi ad formandam censuram, non quod erat in libro Abbatissæ pijsimæ de Agreda, nec prout erat in libro à Deo ei revelatum; sed prout ipsi finxerant, & conceperant; & sic ex eisdem clausulis, quibus illa composuerat propositiones veras, & Catholicas, isti excerpserunt doctrinam falsam, scandalosam, & impiam. Ad hoc possuere de suo Authorem introducere Deum loquentem de tempore, quo misit Verbum in mundum, cum ipsa dicat Deum loqui de opportunitate temporis adscribendum vitam, & Historiam Virginis Matris. Ad hoc dixerunt de suo Authorem, quando dicit tempus est,

quo attributum meæ misericordiæ magis est manifestandum, comparare ad tempus, quo misit Verbum in mundum, & dicere consequenter magis eluxisse attributum misericordiæ Dei in revelatione hac mirabilium Sanctissimæ Mariæ, quam in missione Verbi: cum ipsa dicat nunc Attributum divinæ misericordiæ magis est manifestandum; quàm in hora sua, & die iudicij, vbi est magis manifestandum Attributum iustitiæ, quam misericordiæ; & vbi in exercitio amor eius videbitur otiosus. Si censura, quæ sic effertur contra mentem Authoris, valere debeat, alijs relinquo iudicandum: etsi modus iste censendi potest tolerari, nullus liber, etiam si sit ex Canonicis, immunis erit à censura, sic vellicantium fragmenta Verborum, immo ab illis poterunt excerpti horrendæ propositiones: & hoc modo male intelligendo Scripturas Sacras hæretici, & vellicando, sua deprompserunt dogmata perversa.

30 Sed dato, licet non concesso; quod textus scriptricis esset intelligendus, prout voluere Diputati; quod scilicet introducat Deum loquentem ex fine primario de tempore, quo misit Verbum in mundum; & quod dicat magis manifestandum Attributum divinæ misericordiæ in revelatione mirabilium Deiparæ; quam in missione Verbi. Adhuc doctrina non merebatur castigari tali censura, quia non dicit magis manifestandum tale Attributum in hac revelatione, quatenus tali, & præcisè; se posset intelligi specificative, extensive, & quatenus supponit misericordiam mittendi Verbum, & super illam, non illam excludendo, & cum illa inclusa super addendo hanc novam: & sic posset dici ista maior quam illa; nam cum illa addit de novo istam. Sic apud Theologos dicitur perfectior visio Beati Dei, & creturarum, quā solius Divinæ Essentiæ, non intensivè, sed extensivè; non excludēdo illam, sed includendo, & super illam super addēdo creaturarū terminationem. Ad hunc dicendi modum spectant, quæ dixit S. Gregorius homil. 16. in Ezequielem, *quando mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ aditus largius aperitur.* Et S. Leo serm. 18. de Passione: *Indulgentius nobiscum egit Deus misericordia, quod in hæc mundi tempora distulit, vt multo pluribus, quam priores, & vatibus vteremur, & testibus.* Deputati ergo defecerunt à regulis censorum, qui Authorem Catholicam, eiusque doctrinam transfixerunt acerri censura, relinquentes sensum Catholicum, & verum secundum quem pietas, & Patrum doctrina cogebant eos illam pie interpretari.

Videatur nostrum defensorium à num. 718. vsque ad 722.

***

QVID CENSVRA, NOMINE FICTITIO SACRÆ FACVLtatis publicata, circa istum primum articulum Deputatorum?

31. SUppono Authorem censuræ huius, nomine Sacræ Facultatis latæ, vel solum fuisse Syndicum, vel Syndicus cum aliquo ex Deputatis asignatis; quod satis indicant relationes impressæ, series actorum in Sorbona, & dicta à nobis reflectendo super præfationem huius censuræ. Supposito hoc primo, iste transcripsit primam propositionem excerptam à Deputatis eodem modo, quo erat in Indiculo eorum. Ante secundam addidit de suo, *ipsam loqui de tempore, in eo, quo suam Historiam scribit.* Post tertiam addit de Textu, *Nunc, quando mundus venit, post Incarnatum Verbum, in tam miserum statum, & quando mortales maximè immemores sunt sui commodi, & id minus exquirunt.* Recantat quartam propositionem, & quintam eisdem terminis transcribit. Postea tandem ponit censuram præsentem: *Si intendat Author in prædictis propositionibus, mysteria de Sanctissima Virgine sibi* (aut ait) *recens revelata comparare, & præferre Mysterio Incarnationis Verbi, & in illis maiorem Dei misericordiam, quam in isto eluxisse, amoremque eius magis operativum fuisse: Hæc doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, & impia. Si vero tantum intendat gratiam, & beneficium prædictorum mysteriorum sibi* (vt ait) *recens revelatorum, præferri debere omnibus gratijs, & beneficijs, quæ Deus à tempore Incarnationis hominibus contulit. Hæc doctrina falsa est, temeraria, & scandalosa.*

32. Compellit modus iste censendi illicò super illum reflectere, & quidem terminus ille, *si intendat*, indicare videtur, in Verbis eius nihil compertum censores reperisse; quandoquidem dubitative procedunt, vt significat illa conditionalis *si*: & infigere censuram, & pœnam determinatam, & certam, pro culpa de qua dubitatur, est transilere terminos æquitatis, & transgredi leges, & regulas iuris; quarum vna dicit: *Quod in dubijs reo favendum est potius, quam actori*: & altera: *In dubijs melior est conditio posidentis*, & Serva Dei posidebat, merito conditionem optimæ doctrinæ, & vitæ. Præter quam quod illud *si intendat*, intentionem Authoris respicit, & non verba libri: at nec Ecclesia Virgam suam censoriam contra meram intentionem Authorum extendit; quia Ecclesia non iudicat de occultis, & non habent latentia peccata Ecclesiæ vindictam; & sic quod non audet Ecclesia punire, castigaverunt nostri Censores. Vltra: si non expressa mente Authoris, liceret eam perquirendo, & divinando castigare censura, nullus liber, nullave scriptura evaderet censuram istorum: ponamus exemplum in

verbis consecrationis: *Hoc est Corpus meum.* Et ecludamus sensum illorum nobis à Spiritu Sancto manifestatum per Concilia, & Ecclesiam. Verba ista sumamus, vt sonant, & tunc inquiramus: Si Author in his verbis intendat illud esse Corpus Christi repræsentativè solum; est propositio Sacramentariorum. Si verò intendat esse Corpus Christi verè, & realiter, & simul cum illo remanere etiam panis, est propositio Lutheri. Sicut ergo, qui sic censeret iure merito esset dimittendus, vt censor pravus; proportione servata, videtur similiter dicendum de nostrorum censorum sententia.

33 Improbato modo censendi præiacto, & comperto ex dictis à num. 23. scriptricem, nec intendere comparare, nec præferre revelationem mysteriorum Deiparæ Mysterio Incarnationis; restat declarare, nec intendere hanc gratiam, & beneficium revelationis prædictorum mysteriorum præferre omnibus gratijs, & beneficijs, quæ Deus à tempore Incarnationis hominibus contulit. Vt in primis lecto toto numero, non invenitur Verbum vllum, vnde potuerint censores suspicari hanc potuisse esse mentem Servæ Dei; nisi illud *post Verbum Incarnatum*, quod ponit post tertiam propositionem. Et dat locum credendi ex hoc fuisse impulsos, quando illud exceperunt cum alijs verbis modo, quod non fecerant in Indiculo primo Deputatorum, sed quod hoc non tendat, perspicue constabit, si revertamus in sensum verborum Servæ Dei. Secunda ipsius propositio erat: Nunc volo eis aliam gratiam exhibere, *quia est tempus operandi eam.* Vt hoc ostendat Pater Æternus ex triplici capite deducit: primo, quia sumus ante diem Iudicij, & nunc est tempus, quando magis manifestandum Attributum suæ misericordiæ, quam iustitiæ; si tunc erit tempus, quo magis est manifestandum Attributum suæ iustitiæ, quam misericordiæ. Secundo, quia sumus in tempore post Verbum Incarnatum, in quo est tempus miserendi. Nam si ante Deus erat Deus vltionum, post factus est in Filio benignus, & humanus; *quia apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Dei.* Tertio, ex perversitate, in qua reperitur sæculum hoc, & miseria, ex cuius descriptione, cum miseria clamet ad misericordiam, optime ex ea convincit esse tempus opportunum faciendi misericordiam hanc magnam nimis.

34 Est itaque in summa sensus verborum scriptricis nomine Patris Æterni: tempus est opportunum manifestandi mirabilia Sacratissimæ Mariæ ex meis profundis iudicijs hucusque occulta, quod vt agnoscas, scito fuisse tempus opportunum mittendi Verbum in mundum, quando illud misi; sicut enim tunc fuit tempus faciendi misericordiam omnium maximam, sic nunc volo hominibus exhibere misericordiam magnam nimis, quia est tempus nunc faciendi misericordiam. Tum quia si in die Iudicij futurum est tempus, in quo ma-

gis

gis est manifestandum Attributum meæ iustitiæ; nunc est tempus ante diem illum, quo Attributum meæ misericordiæ magis est manifestandum. Tum quia tempus post incarnatum Verbum, quod est tempus miserendi. Tum quia miseria hominum nunc, vt vides, est magna nimis, & sic exigit facere eis misericordiam magnam nimis. Misericordia hæc consistit in hoc, quod volo eis aperire vnam portam, per quam possint ingredi ad meam misericordiam: proponere eis lucernam, qua in suis tenebris illuminari valeant: Speculum, in quo suas possint cognoscere ingratitudines. Volo eis ostendere, quam potens est intercessio illius, quæ fuit principium remedij eorum, concipiendo Verbum hominem in suis visceribus purissimis. Relege numerum totum assignatum scriptricis, & videbis hanc esse eius legitimam mentem; nihilque intendere ex his, quæ voluere Deputati divinare. Quare deducitur totam suam censuram confici ex his, non quę dixit Author, vel somniavit; sed ex his, quæ ipsi voluerunt imaginare. Remanet ergo nullius esse roboris.

35 Non immoror modo in defendendo traductionem verborum illorum: *Attributum meæ misericordiæ est magis manifestandum, & meus amor futurus est magis activus, vel maximè*: vtroque modo dici valet, si attendatur sensus verus Authoris, & melius *magis*, si comparetur ad diem Iudicij, vt debet. Non tamen approbo illud: *Quo meus amor futurus est magis activus*: quia etsi in sensu copulativo nihil faceret, in textu Hispano solum dicit: *Volo quod meus amor non sit otiosus*, & potest esse non otiosus, dum sit activus, licet non sit magis activus. Moneo Censores, quod si recantarunt quartam propositionem, in qua dicebatur Purissimæ Virginis vitam futuram esse *portam* ad ingrediendum Divinam misericordiam: *Lucernam* ad nos illuminandos, agnoscentes hoc impie esse involui censura; detrahereque Deiparæ hæc gloriosa Encomia: simul recantent quintam, in qua dicitur: *Speculum in quo possimus nostris cognoscere ingratitudines*: quia non minus est tale Speculum Sacratissima Domina, eiusque vita Sanctissima, vt patet n. 28. & in tota Historia expressè demonstratur, necnon quam potens est eius benignissima intercessio.



ARTICVLVS SECVNDVS.

CIRCA SECVNDVM ARTICVLVM DEPVTATORVM.

Transcribuntur excerptæ propositiones; atque earum censura.

AVthor etiam introducit Deum Loquentem, pag. 17. n. 10. in primitiva Ecclesia hæc non manifestavi mirabilia, quia continent mysteria adeò relevantia, ac sublimia, quòd in illis scrutandis, & mirandis detinerentur Fideles, quando opus erat stabilire Legem Gratiæ, & Evangelium promulgare; & licet hæc incompatibilia non essent, tamen humanus spiritus repletus ignorantia, pati posset non parum turbationis, & dubij, nam Fides Incarnationis, & Redemptionis adhuc erat debilis, & præcepta novæ Legis in cunabulis.

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & novitatem inducens.

CONFORMITAS HORVM VERBORVM CVM SANCTIS Patribus ostenditur.

36 ETsi publicent plures traductionem numeri huius parum legitimam cum Hispanico textu, & sic exigerent illam corrigere, & reformare; quia tamen illam diviserunt Deputati in tres articulos, quos in vnum coniunxerunt censores Indiculi secundi; & quantum adhunc in substantia non est infida translatio, relinquo modo correctionem traductionis, & apponere totam litteram numeri, per quam fiat reformatio, vsque post articulum quartum; vbi, quid sentiat circa illos tres censura, nomine commentitio Sacræ Facultatis lata, videamus. Transeunter noto præcipitem modum censurandi Deputatorum, qui cum in verbis à se exceptis multæ contineantur propositiones, de quibus, & de vnaquaque dubitare possumus, an illas velint comprehendere sub sua censura, exprimunt solum vnam comprehendere, vt significat illud: *hæc propositio falsa est, &c.* & quod cum non determinent de qua locuntur, cogunt nos percurrere singulas, & confirmare veritatem earum: quare vt melius percipiatur, scire opportet, quod Altissimus post verba articulo præcedenti exhibita, prosequens suadere Authori nostræ hoc esse tempus opportunum, ad revelanda Sanctissimæ Mariæ abscondita mirabilia, satisfacit n. 10

cuidam obiectioni, quæ in his supressa videbatur, scilicet: *Quare Maiestas vestra Divina hæc magnifica Sacramenta in primitiva Ecclesia non est dignata revelare?* In suppositione non morantur Deputati, scilicet non revelata esse in primitiva Ecclesia, sed illam supponentes, dicunt ob hoc esse *temerariam, & inducere novitatem.*

37 Huic sic satisfacit Altissimi Maiestas: *In primitiva Ecclesia hæc non manifestavi, quia continent mysteria adeo relevantia, ac sublimia, quod in illis scrutandis, & admirandis detinerentur Fideles.* Sic sublimia sunt, ac præ excella mysteria, quæ operatus est potens in sua dilectissima Maria, vt ipsa de se in suo cantico intonaverit: *Fecit mihi magna: sed quæ sunt hæc magna* (perquirit S. Thomas Hispanus Augustinianus Ser. de Nativit.) *quæ fecit illi Deus?* Et respondet: *Et nescio an ipsa valuerit suam comprehendere magnitudinem.* Cui concordat eius Magnus Pater Ser. 83. de Assumpt: *Sed hæc, quæ de te ipsa narrasti, neque tu, vt dignitas tua meretur, dicere potuisti.* Et super illa verba Cantici: *Confessa est potentiam*, discutere non præsumpsit, quia sciri non convenit, quanta est, quia Infinita est. Sed ne in re luce meridiana clariore immoremur, videantur Patres in primis paragraphis Apparatus nostri defensorij.

38 Et quid in illis scrutandis, ac mirandis detinerentur Fideles, cum ob sua mysteria sit gratiosissima Virgo iuxta S. Epiphanium adversum hæres, hæresi 78. *Miraculum, cuius excellentia ad stuporem perducit hominum mentem.* S. Thomam prælaudatum Ser. 2. de Annunc. *Portentum gloriosum cunctis sæculis admirandum.* Dionysium Carthus. lib. 1. de Laud. Virg. art. 29. *Miraculum grande ob tot, & tanta super naturalia, mirabilia incomprehensibilia, & Divina in ea facta, & quia ipsa super omnem naturam, cursum, legem, & ordinem entium naturalem fuit eminenter sublimata.* Videatur in Apparatu nostri defensorij n. 104. ne dicta inculcemus. Ex hac scrutatione, & admiratione detentis hominibus, sequeretur suspendi prædicationem legis gratiæ, & Evangelij, quando opus erat illa evangelicare, quod adeo verum est, vt sit per se notum, cum Sermo sit de Ecclesia primitiva, & habet locum axioma illud vulgatum: *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*

39 Et licet hæc non essent incompatibilia: ex se, & intrinsece non erant incompatibilia Mariæ Purissimæ mysteria cum illis sui Sanctissimi Filij: vt patet in Sacris Evangelistis, & Apostolis, qui plura de hac Angelorum Regina cognoverunt, simul cum mysterijs Domini Iesu, vt satis dicitur in Historia ab eorum vocatione ad finem vsque vitæ, & in nobis modo, qui radicati in fide Catholica pietate Christiana mysteria ista complectimur cum fide mysteriorum illorum. Attamen humanus spiritus repletus ignorantia pati posset non parum turbationis, & dubij, nam Fides Incarnationis, & Redemptio-

nis adhuc erat debilis, & præcepta novæ legis in cunabulis. In huius comprobationem ſat eſt, quod modo contigit Deputatis circa myſteria in hac Hiſtoria revelata; ſed tranſeamus ad aliud efficatius. In primitiva Eccleſia ſolum erant Gentiles, & Iudæi trahendi ad Eccleſiam. Gentiles educati in Idolatria de facili propenderent in adorandam Mariam Sanctiſsimam, vt Deum, auditis mirabilibus eius; quando vnus eorum ſapientiſsimus Athenienſium dicit in Epiſtola ad ſuum Magiſtrum Apoſtolum, quam tranſcribit Hypolitus Marracius in Apoſtolis Marianis cap. 3. fol. 95. quod niſi eum docuiſsit fides, ab eo tradita ſibi; vt vidit Dominam Puriſsimam, illam veneratus eſſet, vt Deum Iudæi è perverſo, qui nihil niſi vulgare in Ioachimo, Anna, Ioſepho, & Maria obſervaverant, minime poſſent adduci at tot arcana pie credenda; & ex eorum impietate dubitarent de Sanctiſsimi Filij eius myſterijs, quando ipſis proponerentur arcana tam eminentia, de quibus ipſi nihil audierant, nec viderant. Doctrina noſtræ Authoris habet in ſimili materia S. Brigitta lib. 6. cap. 61. vbi loquendo de Virginis Aſſumptione, dicit: *Quia vero Aſſumptio mea non multis cognita fuit, hoc voluit Deus, vt prius infigeretur cordibus hominum credulitas Aſcenſionis ſuæ: quia corda hominum difficilia, & dura erant ad credendum Aſcenſionem eius; quanto magis ſi prædicata fuiſſet ſtatim in initio fidei Aſſumptio mea.*

40 Ex his deducitur, quod ſi doctrina Authoris noſtræ Iudicatur à Deputatis falſa, & temeraria, ſub illa cenſura comprehenditur hæc etiam doctrina S. Brigittæ; quæ cum libera ſit ex graviſsimis Doctoribus, approbationibus, & Eccleſiæ permiſſu; libera etiam manet ab ea hæc noſtræ Authoris doctrina. Nec, quia aliquam novitatem inducat, erat reprobanda: ſemper enim in Eccleſia novitates ſucceſſuræ ſunt. Quæ ſemper eſt ſimilis *homini Patri familias, qui profert de Theſauro ſuo nova, & vetera.* Præcipue hoc eſt verum in manifeſtatione mirabilium Mariæ Sanctiſsimæ, quam Beatam prædicaturæ ſunt omnes Generationes modo, & ſemper, & vſque ad terminum mundi. Quod tenet Cancellarius Pariſienſis in prologo Galleato citatus n. 36. S. Amadæus Lauſanen. Petrus Collonſis, & Ambroſius Chaterius; Item Franco Abbas lib. 7. de gratia Dei. S. Germanus oratione de Præſentatione B. Virg. Fulbertus Carnoten. Epiſcopus Ser. 2. de ortu Virg. Ioan Raulinus Ser. 2. de Conceptione. Cardinalis Richelœus de Perfectione Chriſtiana cap. 32. Spiritus Floquier Epiſcopus Nomeauſem 1. p. Panig. Ser. de Conceptione: quorum authoritates non tranſcribo, quia repetiuntur in lib. *cenſura cenſuræ*, & in apparatu noſtri defenſorij, qui quidem apparatus quia ex varijs capitibus in hunc ſcopum validiſsime collimat, ad illum remitto Lectorem, vt hæc cenſura radicitus evaneſcat.

ARTICVLVS TERTIVS.

CIRCA TERTIVM ARTICVLVM DEPVTATORVM; transcribitur propositio, & censura.

PAgina eadem, ac numero: *Propterea Verbum caro factum dixit Discipulis suis in vltima Cæna: multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo.*

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, scandalosa, & hæreticis favens; qui hac evangelica sententia abusi sunt, vt novitates, & audacias figmentorum suorum colorarent.

41 In huius propositionis confirmationem libet transcribere notam, quam Gondissalvus Durantus apponit verbis S. Brigittæ, positis n. 29. quæ omnem evacuant difficultatem, liberantque propositionem ab omni Deputatorum censura: vtpote quæ sunt tanti, ac probatissimi Magistri. Hic autem postquam cum Glica, veteri Authore, & Canisio causam assignasset, quare in principio Ecclesiæ mysteria illa non fuerunt revelata, & confirmasset cum Ruperto, & Suario dicit: Cæterum addendum est; noluisse Deum in principio nascentis ,, Ecclesiæ palam facere omnibus Matris suæ Conceptionem, & ad ,, Cœlos in Anima, & Corpore Assumptionem, *aliaque singularia privilegia illi divinitus concessa.* Quoniam non expediebat cunctaEcclesiæ divina arcana reserare; & Fidelibus suis omnia simul aperire; ,, quod insinuavit Christus Dominus Ioan. 16. qui postquam in Sermone vltimæ Cœnæ plura Discipulos docuisset: *Adhuc multa habeo,* ,, inquit, *vobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Proficit namque ,, Ecclesiæ, vt in virtutibus, & bonitate; ita in scientia, & doctrina, ,, Deo illam plenius illustrante. Eaque de causa cant. 6. comparatur ,, Auroræ, dum dicitur: *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora.* ,, Aurora quippe temporis progressu magis splendet, radiatque vehementius. Quod ergo Mater Dei ab originali peccato fuerit præ- ,, servata, aut in Cœlos Anima, & Corpore Assumpta, non omnibus ,, fuit notum: Si enim hoc publice, & palam fuisset pronuntiatum; & ,, tunc maxime, quando Fidei fundamenta nondum satisfirme, & ,, constanter iacta fuerant, contingere potuisset, vt quæ eximia est, ,, semperque fuit Christianorum omnium erga tantam Virginem devotio; adeo quis afficeretur, vt ipsam non vt creaturam, sed vt ,, Deum adorasset, Et propterea, & Sanct. Dionisius Areopagita,

„ cum ad Mariam venisset, & corporis pulchritudinem, morum San-
„ ctitatem, & nescio, quemdam in ea divinum fulgorem spectasset,
„ hoc dixisse fertur: Nisi mihi de Filio tuo fuisset revelatum, quod
„ Deus esset facile crederem alium præterte non esse Deum; & hoc
„ narrat Dionisius RiKelius in Elucid. cap. 3. de divini nomen. Quod
„ factum esse censeo, vt cum *eximia, & innumera privilegia*, & maxi-
„ mè ab hoc originali peccato immunitatem, quibus, quantum puræ
„ creaturæ licet, ad Christi Domini, eius Filij, accesit dignitatem;
„ noluerit idem Filius (consulens imbecillitati, ac fragilitati nostræ)
„ statim, sed longo tempore notum facere, & omnibus publicè præ-
„ dicari, &c.

42. Non immoror ponderare Authorem hunc dicere, quod quando Dominus in vltima Cœna Discipulis dixit: multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo; hæc dixesse propter mysteria Immaculatæ Conceptionis, & Assumptionis, *aliaque singularia privilegia illi Divinitus concessa*, & quod amplius non dicit illud *propterea* Matris de Agreda; & maximè illud, *vt cum eximia, & innumera privilegia*, quia clarissimum est propter mysteria suæ Dulcissimæ Matris dixisse Dominum verba illa Ioannis in sententia huius Doctoris; & confirmatum esse Authoritatibus Patrum antiquorum, & modernorum rationibus, & congruentijs: quibus tota doctrina Servæ Dei Mariæ, si illa libera manet à censura, & manet immunis. Hæc etsi sufficerent pro tali indemnitate; quia tamen nota 4. rem penitus confirmat, soluitque authoritatis S. Augustini vim, à qua sumpserunt pro sua censura fabricanda, nempe: *Hæreticis favens; qui hac evangelica sententia Abusi sunt, vt novitates, & audacias suorum figmentorum colorarent*. Ideo de illa delibavimus, quæ sufficiant ad maiorem confirmationem propositionis excerptæ, remittendo pium Lectorem ad illam, vt authoritatibus Patrum, & Interpretum doctrinis, magis ad longum eius veritatem depromant.

43. Propter mysteria Reginæ Angelorum dixisse Dominum Iesum multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo, dicit Nostra Ven. Abbatissa de Agreda; & hoc Deputati sua censoria virga castigant: sed quam iniuste persuadeo. Ad quod suppono multa illa, quæ Christus habebat dicenda, & non dixit; quia illi portare tunc non poterant, Spiritum Sanctum postea eis edixisse. Testificatur ibi veritas ipsa: *Ille vos docebit omnia; cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Item suppono, quod, etsi loqueretur Christus Dominus cum Discipulis suis, sermo eius non terminabatur ad ipsos solos, & vt particulares personas; sed ad ipsos, & ad omnem Ecclesiam repræsentatam in ipsis pro omnibus sæculis dilatandam: quod, & declarat immediatè Serva Dei, dicens: locutus fuerat in eis

toti

toti mundo, qui non fuerat difpofitus,&c. Quod fuadent multa, quæ ipfe Amantiſsimus Iesus præmifit ipfis, & in ipfis toti Ecclefiæ: illud Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, vt maneat vobifcum in æternum.* Et illud Matth. 28. *Ecce ego vobifcum fum omnibus diebus, vfque ad confumationem fæculi.* Apoftolis,& toti Ecclefiæ dictum eft in eis: quare,quæ Chriftus non dixit, & omnis veritas, quam Docturus erat Spiritus Sanctus, continet omnes veritates, quas ipfe Paraclitus Difcipulos docuit,& docturus eft totam Ecclefiam,vfque ad confumationem fæculi. Hunc Magifterium recognofcens Ecclefia feria 4.Pentechoftes poftulat à Domino dicens: *Mentes noftras Paraclitus, qui à te procedit illuminet, & in omnem inducat, ficut tuus promifit Filius, veritatem.* Et Maldonadus in nota: *Non enim Apoftolorum vita finitum eft Spiritus Sancti magifterium: Doctor pro fe à Chrifto datus eft Ecclefiæ; donec ipfe ad iudicium, id eft, adcolligandam Ecclefiam venerit, eius eft officium duraturum.*

44 Ex quibus clare colligitur: quod fi Spiritus Sanctus Docturus erat omnem veritatem per totum tempus Ecclefiæ, quæ veritas erat illa multa, quæ in nocte Cœnæ Chriftus habebat dicenda, & non dixit; illa erant omnia, quæ Spiritus Sanctus docuit in Ecclefia, docet, & femper docturus eft. Sunt hæc in quadruplici differentia: primo, exercuit Magifterium hoc Spiritus Sanctus per fe immediate, docendo Apoftolos, tanquam primos Miniftros; vt per illos fidei dogmata traderet Ecclefiæ. Secundo, docendo per ipfos doctrinam fcriptam, quam habemus in Scripturis Sacris novi teftamenti; & non fcriptam quæ nobis perfeverat ex eorum traditionibus. Tertio, afsiftendo perpetuo Ecclefiæ, & Capiti fuo Chrifti Vicario ad determinandum infallibili veritate explicite veritates, & myfteria,quæ continentur implicite in fcriptura, aut veniunt per traditionem, & verum earum fenfum in rebus fpectantibus ad fidem, bonos mores, gubernium Ecclefiæ iuxta necefsitatem temporum.Quarto,revelando aliquibus particularibus perfonis fidei certæ, & virtutis fpecialis aliqua fupernaturalia, quæ per Ecclefiam probata, iuxta dictum Apoftoli ad Thefal. 5. & ab ea approbata, vel permiffa legi, magnam vtilitatem Ecclefiæ conferunt, & Fidelibus. De tribus primis, nullum Chatolicum exiftimo dubitaturum, effe ex illis, quæ Chriftus habebat dicenda, & per Spiritus Sancti magifterium docta funt per fuccefsionem temporum in Ecclefia.

45 De quarto, etfi dubitaverint aliqui in confefsibus Sorbonicis, inftitutis pro examine libri huius, atque negaverint in Ecclefia omnes particulares revelationes,& duntaxat admittentes facras Scripturas,& Apoftolicas traditiones;inter quos numerandi videntur Deputati ex dictis eorum art.4. fatis convincitur effe verum in Prologo hu-

ius divinæ Historiæ, §. 1. in pri. nota, §. 1. in libello Gallico contrà Epistolam Missam ad Doctores Sacræ Facultatis adversus Servam Dei; & in nostro defensorio à n.600. 725. & in gravissimis viris, qui de hac materia ex professo ad longum eruditissimè disceptarunt, gravissimisque censuris negantes reprehenderunt, occasione defendandi illas S. Ildegardis, S. Brigittæ, S. Theresiæ, S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & aliarum multarum, quarum plures à Spiritu Sancto emanasse declarat Ecclesia in Bullis Canonizationis multorum Sanctorum Ignotorum, quarum seriem connexere non tēto prolixitatis vitandi ergo. Videatur in apparatu nostri Defensorij n. 121. Vnde si quæ Spiritus Sanctus docet, erant illa, quæ Christus habebat dicenda, cum innumerabilibus Doctoribus, quæ per veras, etsi particulares, revelationes dicuntur in Ecclesia, doceantur per Spiritum Sanctum, propter particularium revelationum dicta, dixit Dominus multa habeo vobis dicere: ergo & verum erit dicere propter hæc mysteria Sanctissimæ Virginis dixit Verbum caro factum: multa habeo vobis dicere; cum hæc revelata sint modò huic pijssimæ Virgini, & Servæ Dei: quare nisi ex alio capite ostendant Deputati, non esse veras revelationes, restat firma eius excerpta propositio.

46 S. Augustinus tract. 97. in Ioan. dicit: *Omnes etiam insipientissimi Hæretici, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maximè exhorret sensus humanus hac occasione evangelicæ sententiæ colorare conantur, vbi Dominus ait: adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo: Quis enim tam vanus est, aut temerarius, qui cum dixerit etiam vera, quibus voluerit, quæ voluerit, sine vllo testimonio divino affirmet ea esse, quæ tunc Dominus dicere noluit. Quis nostrum hoc faciat, & non maximam culpam temeritatis incurrat?* Hæc, quæ apposuerat Nota cit. adversus hanc Authoris nostræ propositionem, acceperunt Deputati ad suam formandam censuram, & in voluendam Servam Dei cum Gnosticis hæreticis spurcissimis, qui docebant talia immunda, qualia edicere spiritus erubesceret immundus, teste ipso Magno Doctore; at solutiones, quas Nota adducit, non acceperunt, nec de illis meminerunt, signum est non posse ad illas respondere, & illis vti velle verbis, vt suum impugnandi Servam Dei thema continuarent.

47 Et quidem primo Author nostra videtur hanc obiectionem prævidisse, & illius vim infringere voluisse; nam cum S. Augustinus à vitio, & culpa ibi à se reprehensa, excludat, qui id affirmant cum aliquo divino testimonio, vt intelligeretur se ex illo loqui, & Dominum sibi manifestasse hæc mysteria esse de illis, quæ Christus habebat dicenda, & non dixit; quamvis omnia, quæ in hac Historia describit, etiam sint à divino testimonio, hic solum inter omnia à se dicta scrip-

sit: *Qui habent aures audiendi audiant, &c. Et hæc dicit Dominus Deus Omnipotens.* Quæ sunt in scriptura signa locutionis verorum Prophetarum, & quæ indicant Prophetam ex parte Domini loqui, & divino testimonio: ob quod exclusa videtur ab illa censura Augustini. Sed dices, si hoc solum valeret, salvarent Hæretici sua figmenta, dicentes se loqui ex divino testimonio, & Dominum eis revelasse hæc esse de illis, quæ Christus habebat dicenda, & non dixit. Sed non valeret, quia tunc adduci deberent ad examen Ecclesiæ iuxta illud: *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Et tunc cũ tam immunda essent, quæ proponebant, & contraria testimonijs Sacræ Scripturæ, & sensui Vniversalis Ecclesiæ, manifestè pateret ipsos fuisse mentitos, & sua audacia reprobatos. Nostra Author pia, & pura suam omnem Historiam Ecclesiæ examini humilitèr supposuit; hucusque nihil inventum in ea immundum, nec sensui Ecclesiæ contrarium; sed ab innumeris clarissimis, & sapientissimis viris, etiam Parisiensibus approbatum, & ab Ecclesia non reprobandum speramus: ergo etiamsi admittatur, quod Serva Dei dicit, non sequitur posse admitti, quæ proferunt Hæretici.

48 Secundo, nam etsi S. Augustinus efficaciter arguat contra hos Hæreticos, docentes tam immunda; & hoc speciali casu, in vniversali illum communis sententia deserit Patrum dicentium ob affectum cognosci valere, quæ erant illa, quæ Christus habebat dicenda, & non dixit, quod defendit Cardinalis Toletus in Ioann. 16. n. 18. & S. Gregorius Naziancenus dixit Fidem explicitam Divinitatis Spiritus Sancti esse de mysterijs, quæ Christus tunc non dixit. S. Iustinus Martyr in exposit. qq. Gentil. resp. 12. tenet idem de Regno Spirituali Christi. Orig. contra Celsum, lib. 2. & Didimus lib. 2. de Spiritu Sancto, tenent idem dè observantia spirituali legis. Durandus, vt vidimus n. 41. de Mysterijs Immaculatæ Conceptionis, & Assumptionis in Corpore, & Anima Reginæ Angelorum, & alij Patres tenent idem, quin illos possimus implicare in nota temeritatis. Sic etiam sine tali nota potuit dicere Serva Dei Maria de Agreda conformitèr ad sententiam communem.

49 Tertio, stabilito, quod volunt in sua censura Deputati, nempè, non esse vtendum in Ecclesia illa sententia Evangelica, Hæreticis modernis maximus favor datur, Lutheranis, & Calvinistis, qui impugnantes Ecclesiam, vtentem eo, ad defensandas traditiones Ecclesiasticas, Diffinitiones Conciliorum, Leges Ecclesiæ, Sacros Ritus, vt omnem Theologiam, vt dicit Maldonatus ad Calcem notæ citatæ; cum alias ipsi non admittant, nisi verbum scriptum, adimunt ab Ecclesia fundamentum illos reprimendi, & defendendi etiam privatas revelationes, quæ omnia pie credit esse de illis, quæ Christus habebat dicenda, & reticuit. Itaque duplex periculum circa textum hunc S. Ioannis

exper-

experta est Ecclesia per hæreticos. Aliud illorum nimis illud extendentium ad suas audacias, & immunditias collorandas, vt Gnostici, faciebat, & fecit Tertulianus lib. de Monogamia, negando secundas nuptias, etsi ab Apostolis probatas sciret; & dicendo quod Spiritus Sanctus docturus erat contraria ijs, quæ docuerant per ipsum Apostoli, quia docturus erat ea, quæ Christus habebat dicenda, & hæc futura erant illis contraria. Aliud illorum nimis illud restringendo, ad neganda plura dicta, quæ fatetur Ecclesia. Inter hæc, media via procedit Mater Ecclesia, & consensus communes piorum Doctorum reprehendit cum Augustino, docentes sub illo textu esse immunda, & contraria prædicatis ab Apostolis, & improbat tenentes sub illo solum illa comprehendi, quæ in verbo scripto continentur, sed etiam extendi ad alia pia, pura, & consona, qualia sunt assignata supra, cum qua convenit Serva Dei Maria, asserens sub illo esse etiam comprehensa mysteria Purissimæ Virginis Matris, ex qua convenientia libera manet à Deputatorum censura.

ARTICVLVS QVARTVS.

CIRCA QVARTVM ARTICVLVM DEPVTATORVM transcribitur excerpta propositio, & censura.

PAg. 18. eodem num. *Nolo ea spectari ab ominibus tanquam opiniones, aut simplices visiones, sed tanquam constantem, & infallibilem veritatem.*

CENSVRA.

Cum ad Ecclesiam pertineat Fidelibus proponere veritates, tanquam constantes, & infallibiles ex Verbo Dei scripto, vel non scripto, per Apostolos ad nos transmisso. Hæc propositio falsa est, temeraria, scandalosa, & Authoritati Ecclesiæ derogans.

TEXTVS LEGITIMVS.

Et nolo quod descriptio hæc, & declaratio vitæ eius, sint opiniones, & contemplationes, sed veritas certa.

SENSVS VERVS AVTHORIS, EXCVSATIO TRADVCTORIS, & Deputatorum impugnatio proponitur.

50 ALtissimus postquam n. 9. persuaserat nostræ Authori esse tempus opportunum scribendi vitam, & Historiam Sanctissimæ Deiparæ: responderat n. 10. ad quamdam obiectionem, quæ sibi fieri poterat; quare hanc non manifestasset in primitiva Ecclesia: in eodem tandem, cum illi non determinasset modum, quo processura erat, ne ipsa dubitaret, an esset processura legendo varios libros Doctorum, & in hærendo vni ex authoritate, vel rationibus studio naturali repertus, qui est modus procedendi opinativus, seu probabilis; vel sequendo considerationes, quas ex affectu suæ voluntatis in contemplatione acquisivisset: vel sequendo Lumen Propheticum, quod per divinam revelationem accepisset, in quo veritas certa continetur; determinat modum, & lucem, qua dirigatur, vt scribat istam Sanctissimam vitam, præcipiens ei, quod non procedat in hac descriptione, & declaratione vitæ eius, sequendo aliorum Doctorum mentem, & sententias; quia non vult, quod illa sit opiniones, nec quod scribatur modo opinativo: nec attendendo ad discursus, & affectiones deductas ex contemplatione, sed præcipit quod solum sequatur divinam revelationem; & quod scribat quod lux illius eam docuerit, quæ, cui fit, veritatem certam proponit. Non tamen hominibus præcipit, vel per se, vel media Authore, vt hæc mysteria credant tamquam certa, & infalibilia.

51 Authorem significare non velle ipsam à Domino constitutam Ministrum publicum ad proponenda hæc alijs mysteria; tanquam veritates certas, constantes, & infallibiles, constat ex his, quæ dixerat in Introd. n. 14. his verbis: Hæc meus tendit conatus, & voluntas, atque adeò scribam, non vt Magistra, sed sicut Discipula; non vt doceam, sed vt discam; scio etenim, mulieres in Ecclesia ex suo munere tacituras, & auscultaturas Magistros. Verum, tanquam instrumentum Reginæ Cœlestis, manifestabo, quæ Maiestas eius me docere dignabitur, & mihi præcipere: Ad accipiendũ namque spiritum quem promisit suus Sanctissimus Filius mittere omni sexvi personarum, excluso nullo, capaces sunt animæ omnes, ad eum manifestandum modo ipsis convenienti, sicut accipiunt, quando disponit potestas Superiorum Christiana providentia, prout censeo meos Prælatos disposuisse. Me errare possibile est, & ad fœminam ignaram consequens; non sic est in obediendo, nec exit ex voluntate; ob quod me suppono ac subijcio correctioni Sanctæ Ecclesiæ Ca-

tho-

„ tholicæ,ad cuius Miniſtros recurram quacumque in neceſsitate. His verbis non poſſunt non cognoſcere Deputati ſuam cenſuram proceſſiſſe vnicè ex non intelligentia eorumdem verborum Authoris, ac proinde ſine fundamento.

52 Sed poterunt reclamare, verbis Authoris ſic ſtantibus, ſe non habere difficultatem, ſed non ſic erant in Gallica traductione: ſed iſta: *Nolo, quod eas habeant, vt opiniones, aut ſimplices viſiones, ſed, quod eas ſpectent, ſicut veritatem certam, & infallibilem*: Fatemur aliqualiter deviaſſe amente Authoris. Sed quid mirum, quando S. Hieronymus tom.2. epiſt. penultima ad Pamachium dicit: *Difficile eſt alienas lineas inſequentem, non alicubi excidere: & arduum, vt, quæ in alia lingua benè dicta ſunt, eundem decorem in translatione conſervet*. Et pro traductoris excuſatione adæquata videatur hæc epiſtola tota. Nec illam videntur haberi Deputati, qui, vt fertur, comprehendentes Hiſpanum idioma, ad authographum debebant recurrere, vt veritatem comperiſſent, vel ad alios intelligentes id recurrere, ne damnarent innocentem Authorem, pro errore, ſi quis eſt, ſui traductoris, & in illum refundere cenſuram, ablata ab eorum præfatione clauſula illa: *mirum eſt quantum aberraverit Mulier illa.*

53 Demus, quod eſſent Authoris verba ſui traductoris. Vbi invenerunt, quod Deus ibi ſignificet voluntatem abſolutam, & reſpectu aliorum vim præcepti habentem? Nunquid in Deo non eſt voluntas conſilij? Ubi conſtituit Servam Dei publicum Miniſtrum, ac præcepit, quod, vt tale, hæc notificet myſteria Eccleſiæ, ac Chriſti Vicarij poſtpoſita approbatione? Et dato, quod verbis præceptivis ſic ſibi iniungeretur à Deo, ſemper ſub intelligenda eſſet conditio, quod prius probarentur, aut permitterentur ab Eccleſia, vel Chriſti Vicario. Fuerunt multa in Eccleſia, & in Scripturis ex ſe præceptiva conſtantis, & infallibilis veritatis, quæ alios non cogebant ad credendum, niſi ad ſummum ſub pietate; donec per Concilia, & Summos Pontifices eſſe præceptiva declarata ſunt. Unde in verbis noſtræ Authoris maiorem invenerunt efficaciam, niſi in ſuo Themate volendi eam condemnare? Nec ſi diceret *veritates conſtantes, & infallibiles*, iuvaret eos; nam etſi in ſe eſſent tales, & tales deberent à patiente revelationem cognoſci, vt eſſet Divina revelatio, prout optimè dicit Prologus Galleatus, n.56: reſpectu aliorum, ab ipſa accipientium, tales non ſunt, ſed pie credibiles, cum ſolum proponantur ſub humano motivo. Moneo vero Lectores, vt caute reflectant ſuper illa verba cenſuræ: *Authoritati Eccleſiæ derogans*. Et illa: *Ex Verbo Dei ſcripto, vel non ſcripto*. Nam non facientes mentionem de Chriſti Vicario, cuius eſt proponere in Eccleſia veritates infallibiles, indicant ſuam velle ſtabilire Gallicam propoſitionem, de non infallibili iudicio Summi Pontificis, quæ damnata eſt

ab Alexandro VIII. & credentes solum verbo scripto, vel non scripto per Apostolos ad nos missio, indicant solum credere Scripturas Sacras, & traditiones Apostolicas: cæteras Ecclesiasticas regulas, Leges, & dispositiones funditus videntur evertere tentare.

QVID CENSVRA LATA NOMINE SACRÆ FACVLTAtis mentito in suo secundo articulo circa tres præcedentes Deputatorum?

54 Author, sive Authores huius secundæ Censuræ, sit Syndicus, vel ipsemet cum aliquibus ex Deputatis; cum promisissent Doctoribus infimæ ætatis se propositiones aliquas relicturos sine censura, & datam circa aliquas mitigaturos, vt sic in suam venirent sententiam, vt putarentur stare promissis, tres articulos præcedentes Sententiæ Deputatorum sub hoc vnico comprehenderunt: sed nec minorarunt propositiones, nec mitigavere censuras, quin potius auxerunt acrimoniam earum, & patet in nova extractione propositionum, & censura sequenti.

35 *Author etiam introducit Deum sic loquentem pag. 27. Hæc mirabilia in primitiva Ecclesia non revelavi, quia continent mysteria, adeò relevantia, & excelsa, quod Fideles subsisterent ea penetrare, & admirari, quando opus erat stabilire Legem Gratiæ, & publicare Evangelium. Et licet non essent incompatibilia; nihilominus humanus spiritus, ignorantia repletus, posset accipere perturbationes aliquas, & aliqua dubia pati tempore; quo Fides Incarnationis, & Redemptionis erat adhuc debilis, & præcepta novæ Legis in cunis. Et propter hoc Verbum factum homo dixit Discipulis suis in vltima Cœna: multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo: & loquitur ad totum mundum, in illorum personis, qui non erat dispositus, antequam stabiliretur Lex, & Fides Filij ad recipiendam, & mysteria Matris. Pag. 18. illis præsento hanc Mysticam Civitatem refugij, fac eius descriptionem, & narrationem pro tua tenuitate. Nolo quod eas attendant, vt opiniones, aut simplices visiones, sed vt constantes, & infallibiles veritates. Qui habet aures audiendi, audiat.*

CENSVRA.

Hæ propositiones, quibus Author asserit veritates sibi fuisse revelatas, ipsis prioribus Ecclesiæ sæculis incognitas, & de ipsarum numero, quas Apostoli ipsi portare non poterant, easque tanquam constantes, & infallibiles Fidelibus proponit, falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, fanaticis, & hæreticis favent, ad omnes novitates viam apperiunt, & Ecclesiæ authoritati derogant,

gant, ad quam pertinet Fidelibus proponere veritates, seuquam constantes, & infallibiles ex Verbo Dei scripto, vel non scripto, per Apostolos ad nos transmisso.

TEXTVS HISPANVS LEGITIME LATINITATI *donatus.*

56 „ IN primitiva Ecclesia ea non manifestavi, quia sunt mysteria, adeo magnifica, quod Fideles detinerentur in „ eis scrutandis, & admirandis, quando necesse erat Legem Gratiæ, „ & Evangelium stabiliri. Et licet incompatibilia non essent, humana ignorantia aliquas pati posset suspitiones, & dubia, quando Fides Incarnationis, & Redemptionis, & præcepta novæ Legis erant tam tenera. Et ideo persona Verbi Incarnati in vltima Cœna dixit „ Discipulis suis: multa habebam vobis dicere, sed non potestis portare modo. Locuta est in eis ad mundum totum, qui non fuit dispositus, quoad vsque Lex Gratiæ, & Filij fides stabiliretur, ad introducendum in eo mysteria, & fidem Matris. Et nunc est maior „ indigentia, & ipsa me magis obligat, quam eius dispositio. Etsi me „ obligarent venerantes, credentes, & agnoscentes mirabilia, quæ „ in se includit Mater pietatis; etsi omnes eius solicitarent intercessionem, ex corde tamen, esset mundo aliqua restauratio. Et nolo eis „ non proponere hanc Mysticam Civitatem refugij: describito eam, „ & delineato pro tua tenuitate. Et nolo quod hæc descriptio, & declaratio vitæ eius sint opiniones, nec cōtēplationes, sed veritas certa. „ Qui habent aures audiēdi, audiant, qui sitiunt, accedant ad aquas vivas, & cisternas dissipatas derelinquant: qui Lucem quærunt, vsque „ in finem sequantur eam. Hæc dicit *Dominus Deus omnipotens.* Hæc est littera Authoris, per quam corrigi valet; siquid minus consentaneum reperitur in Gallica traductione, & vellicatio propositionum, quæ in excerptione earum vtriusque Indiculi reperitur.

57 Cum ad omnia, quæ hic excerpserunt Deputati, & modo Authores Indiculi secundi inculcant, responsum præstiterimus, omniaque dicta scriptricis Nostræ esse Patribus conformia, & rectæ rationi ostenderimus, ac indicaverimus iniustitiam censuræ, modo libet circa Indiculi secundi breviter reflectendo aliqua percurrere: si opus fuerit confirmare. Dicere ergo Authorem sibi fuisse revelatas propositiones, prioribus sæculis incognitas, & quas Apostoli portare tunc non poterant, est doctrina tam iuxta SS. Patres, quod eam denegare esset quam plures opprimere, quos n. 40. citatos dedimus; & ex quorum doctrina iste potest formari irrefragabilis discursus: ex SS. Patribus constat non omnia mysteria Purissimæ Virginis Matris fuisse

cognita in primitiva Ecclesia, sed nec modo, & quodvsque ad finem sæculi sunt plura semper, & plura manifestanda, quod vltrà confirmat Magnus Gregorius, homil. 16. in Ezechiel: vbi dicit: *Hoc quoque nobis sciendum est, quod per incrementa temporum crevit scientia Spiritualium Patrum. Plus namque Moyses, quam Abraham; plus Prophetæ, quam Moyses; plus Apostoli, quam Prophetæ in omnipotentis scientia eruditi sunt. Fallor, si hæc scriptura ipsa non loquitur: per transibunt plurimi, & multiplex erit scientia, quia quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ additus largius aperitur.* Ergo dummodo ex alio capite non demonstretur Servam Dei incapacem esse, quod mysteria, & veritates, alias incognitæ, ipsi modo manifestentur, non est cur dicatur sibi non fuisse revelata, quæ in primis sæculis fuerant incognita.

58 Sed dices, non caret arrogantia, quod dicat Monialis ista sibi fuisse revelatum, quod primitivæ Ecclesiæ, Apostolis, & Fidelibus illis fuit occultum. Respondeo primo, hoc impedire Deum, si valet; quod alicui creaturæ possit revelare, ne revelationem patiens simili vitio inficeretur; & revelanda esse affirmat ipse Dominus: *Ille vos docebit omnem veritatem.* Nec semper Fideles habituri erant illam impotentiam, quam tunc habebant, *sed non potestis portare modo.* Secundo, negaretur omnis particularis revelatio, quia omnes sunt de illis, quæ Christus habebat dicenda: & subito instantia omnem Prophetam feriret, tolleret de medio omnes Prophetias ab Ecclesia approbatas in Bullis Canonizationis Sanctorum, & omnes alias toleratas. Tertio, S. Ambrosius in Psalm. 118. vers. 99. & 100. sup. illud: *Super omnes docentes me intellexi: & super senes intellexi*: ait: *Videtur inconveniens esse verecundiæ Prophetali huiusmodi vsurpatio.* Cui respondet: *Debuit hanc assumere confidentiam, qui docebatur à Domino; & mandatum, quo docebatur Domini erat, & Dominus ipse qui docebat.* Quod si in David valet, convincit in Serva Dei Maria de Agreda.

59 Dicunt in sua censura Authores Indiculi huius secundi: *Veritates illas esse de numero earum, quas Apostoli ipsi portare non poterant.* Verum à contrario Serva Dei, vt non intelligeretur loqui de Apostolis ipsis, dicit; non loqui in ipsis, vt in ipsis, sed in eis, toti mundo. Dicunt vltrà: *Veritates constantes, & infallibiles*: quod non est in littera Servæ Dei, & dato quod esset, nihil convinceret, vt dictum est n. 51. Dicunt, quod istæ propositiones: *Favent fanatius.* Quod prius non dixerant. *Quod ad omnes novitates viam aperiunt: ad novitatem inducens,* dixerant prius: ergo aggravarunt censuram, & promissis non steterunt, quæ omnia cum alijs, quæ monuimus supra, omnino suspectam reddunt vtramque censuram, & non esse ex Sacræ Facultatis mente formatam, sed ab æmulis Ven. Matris de Agreda odio confectam.

ARTICVLVS QVINTVS.

IN ARTICVLVM QVINTVM DEPVTATORVM. PROPOSITIONES excerptæ cum eorum censura.

PAg. 123. n. 107: Et Nos, O Spiritus Domini, adoremus, & honoremus hanc felicem fœminam, quę datura est humanam Carnem Verbo Æterno, & agnoscamus eam, tanquam Reginam, & Dominam Nostram.

Pag. 196. n. 181. Beatę Generationes, quę videbunt eam, & quę ad pedes eius poterunt prosterni, & eam adorare.

Pag. 370. n. 328. Angeli Custodes hujus dulcissimæ Puellæ, cum aliorum Angelorum multitudine magna, adoraverunt eam, & venerati sunt in Matris suæ vluas.

Pag. 377. n. 334. S. Angeli adoraverunt, & venerati sunt Sanctissimam Mariam in Throno Altissimi.

CENSVRA.

Hæ quatuor propositiones, quatenus in illis indistinctè, & eisdem terminis exprimitur Adoratio exhibita, vel exhibenda Beatissimæ Virgini, quibus Deo ipsi, & Homini Deo exhibita exprimitur pag. 99. & 100. falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, & in errorem inducentes.

60 Mentem suam propalarunt Deputati in congressibus Sorbonicis, pro examine libri huius institutis, cum suis confœderatis: dixerunt namque dignissimam Matrem Virginem nullâ esse adorandam adoratione, quia adoratio solum significat cultum, & honorē supremum, quo nfinitam adoramus Maiestatem; ac proinde ipsam Sanctissimā Dñam adorare, est ipsam Deum constituere. Et cum multi PP. & Doctores adducerentur in oppositum, devenustarunt eos indignis contumelijs, quas propter decentiam eorum omitto. Vt tamen sanitas doctrinæ Servæ Dei cognoscatur, quid certum sit in Ecclesia Dei iuxta Sacram Scripturam, Patres, & Doctores, videndum est brevitate possibili. Est itaque *Adoratio* secundum D. Damascenum *submissionis, & honoris signum*: sed magis generaliter vocem assumendo, & quasi Ethimologiam eius vsurpando, *Adorare significat manum ad os admovere*; & iste est vsus eius genuinus, vt dicit dictionarium Secretarij Academiæ Regiæ de la Furetiere; cum tamen actio ista fieri cœperit in signum reverentiæ alicui exhibitæ, dicebantur *adorare*, qui in signum reverentiæ applicabant os ad manus alicuius deosculandas: postea quodlibet signum, quod in reverentiam alicuius fiebat, *adoratio* dicebatur, sive fie-

ret profunda corporis inclinatione, sive capitis demissione, sive genuum cōplicatione. Quare dixit dictionarium Academiæ Regiæ Paris: *Adorare* significat profundam reverentiam alicui exhibere, sic Regina Esther adoravit Regem Assuerum: Cardinales dicuntur ire ad adorandum, & Papa fieri via Adorationis.

61 In Sacra Scriptura frequenter reperitur modus iste *adorationis* Genes. 18. vers. 2. Abraham *adoravit in terra tres Angelos, qui sibi apparuerunt*. Duos ex his *adoravit Loth pronus in terram*. Genes. 19. vers. 2. & 27. vers. 29. sed vide in Indice Bibliæ verbo *Adoratio. Genuflectebant omnes Aman.* Esther. 3. vers. 2. sicut ibidem Sanctos Angelos fuisse adoratos invenimus, sic etiam invenimus Sanctos homines se permissos adorari: nam Daniel 2. vers. 46. *Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adoravit*. Et 1. Reg. 28. vers. 14. *Et intellexit Saul, quod esse Samuel, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit*. Reperitur etiam in Scriptura Sanctos Viros adorasse Improbos, & Idolatras, nam Genes. 23. vers. 7. *Abraham adoravit populum terræ, filios videlicet Heth.* & 33. vers. 3. *Iacob adoravit Esau fratrem suum septies pronus in terram*: & 47. *Pharaonem*. Dominum Deum nostrum esse adorandum ita constat etiam ex Scriptura, & passim reperitur; nec vllus est, qui Deo neget adorationem, nisi sit insipiens atheista: ex quibus habemus Deum adorandum esse, fuisse adoratos Angelos, & Sanctos homines, & Improbos: Adorationem in virtute Scripturæ non respicere Deum præcisse, sed & creaturas etiam, & inter illas, non solum Sanctos, sed & homines improbos.

62 Ex his perspicue deducitur varios fuisse modos *adorationis*, variaque subiecta fuisse adorata: Vnde optime secundum Scripturam S. Ioannes Damascenus, vbi supra citatus dixit: *Adorationis modos plane novimus esse differentes*. Dividitur propter hoc *adoratio* in adorationem sacram, & non sacram. *Sacra* est signum submissionis, & honoris, quod alicui exhibemus propter aliquam excellentiam sacram, quam in eo veneramur. *Non sacra* propter aliquam excellentiam potestatis, & dignitatis: sic Reges adoramus, & Principes. Sacra rursus dividitur in Latriam, Duliam, & Hyperduliam. His nominibus frequentius appellantur in Ecclesia: nam cum tota discerptatio de *Adoratione* fuisset in Ecclesia Græca, vtitur nominibus illis, quibus Patres illi vnam ab alia discernebant adorationem. *Adoratio Latria*, est signum submissionis, & honoris, quo Deum colimus, & veneramur propter suam supremam, independentem, & infinitam Dignitatem. *Dulia est*, signum submissionis, & honoris exhibitum creaturis propter dona gratiæ, & gloriæ, à Deo illis distributa. Hæc electis Angelis, & Sanctis à Deo coronatis communiter adaptatur. *Hyperdulia* inferior Latria, & superior dulia, est signum submissionis, & honoris,

quo

quo perſonas Deo proximiores, & ſublimiores in gratia, & gloria, & alijs excellentijs, honoramus. Cum Adoratione hac ſolos duos colimus, & veneramur; humanitatem ſcilicet Chriſti, & Sanctiſsimam Chriſti Domini Genitricem. Adorationibus iſtis, non abſolutis, ſed reſpectivis, veneramur proportionatè eorum Imagines, & reliquias atque ſacras excubias.

63 Adoratio Latria, & ſuprema, ſine controverſia tributa eſt ab omnibus Deo, qui Deum eſſe noverunt; & Catholici exhibemus Chriſto Domino propter Divinam perſonam, quam in ipſo firmiter confitemur; & omnimode illum removemus honorem ab omnibus creaturis, quantalibet excellentia creata fulgentibus; etiamſi ſit Puriſsima Virgo Maria, quia illi (etſi puriſsimam inter creaturas numeramus) hanc adorationem Sancti Patres negant; cum Mariam non eſſe adorandam negant. Sic Sanctus Epiphanius hæreſi 79. contra Collyridianos, facientes Mariam Deum, negat adorationem iſtam, quam Deum eſſe negat: verba eius ſunt: *Revera Sanctum erat Corpus Mariæ, non tamen Deus.* Revera Virgo fuit ipſa Virgo, & honorata, non tamen propoſita eſt ad adorationem.

64 De Dulia, ſive honore, & cultu exhibito Sanctis, & amicis Dei, eorum Reliquis, & Imaginibus determinavit Sacra Synodus ſecunda Nicena. Quare Tharaſius Conſtantinopolitanus Patriarcha accipiens Litteras Adriani Papæ ſic dicit: *Secundum antiquam Patrum noſtrorum traditionem Imagines amore affectuoſo adoramus, &c. Et ipſa Synodus ita credit, ita ſapit, & ita dogmatizat.* Et poſt multa Sanctorum Patrum teſtimonia concludit act. 4. *Has pretioſas, & Venerabiles Icones honoranter adoramus. Nos antiquam traditionem: Nos iura Patrum conſervamus: Nos eos, qui addunt aliquid, vel auferunt ex Eccleſia Catholica, Anathematizamus: Nos introductam novitatem, Chriſtianos Idolatriæ accuſantium, anathemati ſubijcimus.* S. Baſilius Magnus ibi relatus, exponens Cæſari Iuliano ſuam confeſsionem de diverſo Cultu Dei, & Sanctorum dicit: *Quam ob cauſam, & Hiſtorias Imaginum illarum honoro, & palam adoro. Hoc enim nobis à Sanctis Apoſtolis non eſt prohibitum; ſed in omnibus Eccleſijs noſtris eorum hiſtorias exigimus.* S. Athanaſius Theopolitus ibidem adductus dicit: *Nemo offendatur in Adorationis vocabulo, ſiquidem, & homines, & Sanctos Angelos adoramus, non autem, quod Latriam, hoc eſt, quod Cultum Divinum exhibeamus; inquit enim Moyſes: Deum tuum adorabis, & illi ſoli Latriam præſtabis; quo loco diligenter obſervabis, qua ratione poſteriori dicto, nimium Latria adiecit ſoli; adorabis vero, hoc ipſum non eſt appoſitum, &c.* S. Damaſcenus proſequens vbi ſupra, dicit: *Adorationis modos plane novimus eſſe differentes. Omnium prima eſt adoratio, quam ſoli Deo ſuapte natura adorando exhibemus per Latriam. Proximo ordine, ſequitur, quam offerimus amicis, & ſa-*

famulis Dei, &c. Sunt & alij Patres in illa Synodo Sanctorum, & eorum imaginum Adorationem defendentes.

65 Non habent quid respondeant tam expressis testimonijs Authores talis doctrinæ, nisi quod Patres Latini nihil habent de hoc puncto, nec vti voce *Adoratio* applicata Sanctis, quod signum esse dicunt, inconveniens in hoc ipsos agnovisse. Sed non mirandum, nam hæc controversia solum excitata fuit in Oriente; & ad Patres Græcos spectabat Græcos impugnatores debellare, imo fortius sumitur argumentum ad illos sequendos, quippè qui ex professo materiam hanc discusserint. Nec erat opus quod Patres Latini hoc tempus tererent, cum iam decisam haberent à Patribus Græcis, & eorum Concilijs; nam ipsi in labores eorum introierunt. Præterea Patres Græci non sunt inferioris æstimationis in Catholica Ecclesia, quam Latini, nec credi valet Deus minus illos illuminasse, nec Spiritus Sanctus minus suis Concilijs adstitisse, quam nostris. Sed non desunt Patres Latini, & vnus pro mille sufficiebat, magnus Pater Augustinus. Hic enim libro 1. super Genes. q. 61. dicit: *Animadvertendum est in eo præcepto non dictum: Dominum Deum tuum solum adorabis, sicut dictum est, illi soli servies, &c.* Et lib. 2. qq. super Exodum q. 69. *Qui ingressus in occursum cognati sui* cap. 18. dicit: *Ambiguè positum est, vtrum adoraverit eum ipse Moyses, quamquam de adoratione, etiamsi expresse positum esset, honor videretur socero redditus eo modo, quo solet hominibus honorificentiæ causa exhiberi à Patribus; sicut de Habrahám scriptum est, quod adoraverit filios Heth.* Item lib. 10. de Civitate Dei, & laudatur à D. Thoma 2. 2. q. 84. art. 1. & fatetur attributam vocem *Adoratio*, licito creaturarum cultui, & solum sacrificium nunquam dictum alteri. Huic addendus est ipse S. Thomas 3. p. q. 25. Necnon Seraphicus Bonaventura, qui fuere Doctores Parisienses; Durandus, etiam Suarez, & omnes Scholastici, quos citat Canisius lib. 5. de Deipara cap. 15. qui omnes tanti pōderis sunt, vt ad minus posit defendi Sāctos Dulia esse adorandos, nitendo in eorum dictis, & inter hos præcipuo iure Sanctissimam Virginem Matrem.

66 Insistunt æmuli, quod vox *Adoratio* Gallicè solum significat adorationem soli Deo debitam, ac proinde, cum liber Abbatissæ de Agreda Idiomati Gallico sit redditus, est periculum, si in Gallia permittatur. Sed liber dictus censura censuræ falsitatis eos convincit ex dictionarijs, & Authoribus Gallis. Contrarium convincitur ex dictionario Academiæ Regiæ, ex dictionario Secretarij eiusdem Academiæ de la Turetiere; & patet n. 60. Ex dictionario Danelij Latino Gallo. Contrario subsistent liber Triplicis Coronæ P. Poire Societatis Iesu: Methodus serviendi Sanctissimæ Virgini P. Salo Gallicè redita; Theologia Moralis Domini Grenet Gallicè scripta Iussu Cardin. Grimaldi;

&

& Camus. t. 5. pag. 169: Cardinal. Perroneus in refutatione falsi discursus pag. 210. Coeffereau in respons. ad Molinæum. Omnes isti Galli sunt, & Gallicè loqui didicerunt, & invenerunt Gallijs sine periculo vocem *Adoratio* non soli Deo applicari valere, sed & Sanctis, & Sanctorum omnium Reginæ. Sed, quod magis æmulos premet, est quod eorum ante signatus Antonius Arnaldus lib. de perpetua Fidei defensione, Gallice scripto, dicato Clementi IX. approbato à 25. Episcopis, totidemque Doctoribus Parisiensibus. Libro 1. cap. 9. pag. 119. & 121. & 123. inter alia dicit: *Facile esset ostendere voces illas Adorationis, & reverentiæ à Patribus quarti sæculi vsurpatas esse in sensu genuino; & familiare esse, quod voces, diversos sensus habentes, affirmentur, & negentur sine contradictione, & quod in vno sensu dicatur solum Deum adorandum esse, & invocandum; & in altero vero sensu adorandos, & invocandos esse Sanctos. Hæc diversitas sensuum manet in Idiomatibus, & linguis sine vlla confusione, & absque eo, quod vlla inde nata sit difficultas. Et Sancti Patres vtroque hoc modo sine contradictione locuti sunt, nec tamen illud difficultatem fecit vllam, neque facere potest, nisi ijs, qui vanam sibi fingere volunt.* Videatur etiam lib. 7. pag. 735.

67 Statuta iam ex Scriptura Ecclesiæ traditione, Concilijs, Patribus, tàm Græcis, quàm Latinis, & vsu Linguæ Gallicæ vocem *Adoratio* non præcisè vsurpari debere pro nota sumisionis, & cultu soli Deo debito; sed posse vsurpari pro cultu, & honore Sanctis debito, suis Imaginibus, ac reliquijs; potiori iure fateri tenentur vsurpari valere pro cultu, honore, & reverentia Deiparæ Purissimæ. Nefas est enim ipsi negare, quod alicui Sanctorum legimus fuisse concessum, iuxta dictum axioma Bernardi. Quod vltra confirmatur ex Sanctis Patribus etiam: Leontius contra Iudæos dicit: *Qui Martyrem colit, Deum ipsum colit: Qui Matrem ipsius adorat, ipsi honorem assignat.* Damascenus: *Adoremus, & Latriæ cultum offeramus soli Creatori, & Vniversitatis Archytecto; quippè, qui Deus est suapte natura Adorandus. Adoremus, & Sanctam Virginem Deiparam, non tanquam Deum, sed tanquam Matrem Dei secundum Carnem.* Nizetas Patriarcha Constantin. citatus à Canisio lib. 5. cap. 16. describens modum, quo Mahomethani recipiendi sunt ab Ecclesia, dicit: *Sanctam Virginem, quæ Christum in carne peperit, Dei propriè, vereque Matrem credo, & confiteor; eamdemque, vt revera Dei, qui homo factus est, Matrem, atque id circo Dominam, & Reginam omnis creaturæ, divina gratia affectam Adoro, & Veneror.* Epiphanius Serm. de Laud. Virginis testatur *Mariam Virginem ab Angelis adorari*: quod, & dicit Damascenus orat. 2. de Assump. *sic decet Matrem ea, quæ sunt Filij possidere, & ab omnibus rebus adorari.* S. Thomas 3. p. q. 25. art. 5. in conclusione: *Beata Virgo hyperdulia adoranda est.* Ad secundum: *Honor Matris refertur ad Filium, quia ipsa Mater est prop-*

per Filium adoranda. Super quem Isambertus Doct. Parisiensis celeberrimus disputationem instituit de adoratione Deiparæ Virginis, & art. 1. ait: *De Fide est Beatissimam Virginem esse adorandam.* Cardinalis Hosius t. 1. pag. 241. dicit: *Qui Sanctos adorat, dona Dei in Sanctis adorat: quanto magis idem quisque facere credendus est in ea adoranda, ex cuius vtero processit is, per quam Sancti sunt, quotquot Sancti sunt.*

FALSITAS CENSVRÆ DEPVTATORVM DETEGITVR.

68 EX his convicti Deputati, & ex alijs, quæ in congressibus Sorbonicis contra illos adducta sunt; Authores sententiæ latæ nomine Sacræ Facultatis, non sunt ausi negare Adorationem Deiparæ Sanctissimæ de illis infra. Deputati vero, vt librum transfigerent, affixerunt Servæ Dei vnum maximum mendatium, quod nec ipsa somniavit. Dicunt enim: *Hæ quatuor propositiones, quatenus in illis indistincte, & eisdem terminis exprimitur adoratio exhibita, vel exhibenda Beatissimæ Virgini, quibus Deo ipsi, & Homini Deo exhibita exprimitur pag. 99. & 100. falsæ sunt, &c.* Recurrendo ad paginas ad quas nos remittunt Deputati, deprehendimus eos iniuste propositiones transfixisse. In 1. est n. 87. & dicit: Qualiter Angelis, postquam creati sunt, prius quam ad alios fines inclinari valerent, divina providentia determinavit manifestare finem, ad quem eos produxerat tam excelsæ, & sublimis naturæ: *Primum,* loquor verbis Servæ Dei, *communicata est eis expressissima intelligentia de esse Dei, vnius in Essentia, & in Personis Trini, & est eis impositum præceptum, vt adorarent eum, ac venerarentur, tanquam Creatorem eorum, & Supremum Dominum, infinitum in esse, & attributis.* In secunda est n. 88. vbi dicit: *In secundo loco Deus illis revelavit se creaturum naturam humanam .. & secundam Sanctissimæ Trinitatis personam sumpturam naturam humanam, & faciendo hominem, elevando naturam humanam ad vnionem Hypostaticam, & Divinam Personam, & illos recognituros esse suppositum illud hominem Deum, vt caput eorum, non solum in quantum Deum, sed & simul in quantum hominem, & ipsos esse id reverituros, & adoraturos...... & de his omnibus est illicò Angelis impositum præceptum.*

69 Sola collatione quatuor propositionum cum verbis ipsius Authoris, ad quæ nos remittunt Deputati, aperitur mendacium suæ censuræ. *Deo ipsi* dicit tribuendam adorationem tanquam Creatori eorum, supremo Domino, infinito in essentia, & attributis. Vbi in propositionibus istis invenitur, quod Angeli dicant: venite adoremus, & veneremur hanc Dominam, tanquam nostrum Creatorem, Supremum Dominum, infinitum in esse, & attributis? Vbi est illa reduplicatio, quatenus in illis indistinctè, & eis terminis dicit, aut exprimitur ado-

ratio exhibita Virgini, quibus ipsi Deo? Dicit hominem Deum adorandum, tanquam caput Angelorum, non solum in quantum Deum, sed in quantum hominem. Relege propositiones excerptas; etsi eisdem terminis, & in distinctas inveneris cum dictis à Serva Dei locis à Deputatis, cedo causæ; sin minus necesse est, quod ipsi cedant veritati, & impositionem cum sua censura relinquant. Authores Indiculi secundi allegationem ad paginas illas omiserunt, quod est signum agnovisse ex illis suum intentum probari non posse; imò oppositum: etsi dixerunt idem quod prima censura, & peius, vt statim ostendo.

QVID CENSVRA NOMINE FICTITIO SACRÆ *Facultatis Lata contra has propositiones in articulo tertio.*

70 AD quid cogat animus perturbatus stomacho, & bili Syndici Facultatis Parisiensis, satis indicat censura à se formata super has propositiones, quas eodem modo excerpsit, ac prius excepserant Deputati, dicit enim: „Licet Adorationis nomen æquivoce sumatur, & aliquando in Scripturis, & nonnullis Patribus pro „honore creaturis debito vsurpetur; tamen cum ex Ecclesiæ vsu terminus ille vsurpari debeat ad significandum Supremum Cultum soli Deo debitum, nec possit sine periculo scandali creaturis communicari: Hæ propositiones quatenus eodem Adorationis termino cultum exprimunt exhibitum; vel exhibendum Beatissimæ Virgini, quo ipsi Deo exhibitus ab Authore exprimitur; scandalosæ sunt, & in errorem inducentes. Quatenus autem dicunt Sanctissimam Virginem adoratam ab Angelis statim, vt creati sunt, & statim atque ipsa nata est, tum etiam adoratam in Throno Altissimi; respectivè temerariæ *sunt, & falsæ.* Quando nobis aliud deesset principium ad firmiter tenendum Sacram Facultatem Theologiæ Parisiensis non potuisse componere hanc censuram, ipsamet clamat illam eius Authorem non potuisse esse.

71 Reflectamus tantisper super his. Quis credet cætum tantorum Theologorum concedere potuisse vocem *Adoratio* esse æquivocam, & aliquando in Scripturis, & nonnullis Patribus pro honore creaturis debito vsurpari, & postea asserere ex vsu Ecclesiæ terminum illum vsurpari debere pro Supremo Cultu soli Deo debito, nec posse creaturis communicari sine periculo scandali? Quis est iste vsus Ecclesiæ, qui prævalet adversus communem talis vocis vsurpationem, Scripturarum acceptationem, & nonnullorum Patrum intellectionem? Cuius Ecclesiæ est iste vsus? Non Romanæ, quæ in suis determinationibus

plibus regitur per scripturam, quam de Fide iudicat determinatam; per Patres, quos illuminatos à Deo pie credit: & in æquivocis, etsi stet pro famosiori significato, minus famosum non reijcit, sed ad minus, vt probabile admittit. In qua Ecclesia, & in qua illius determinatione est impositum præceptum, quod terminus ille *Adoratio* non possit vsurpari pro honore creaturis debito, tametsi aliquando in scriptura, & nonnullis Patribus sic vsurpatum reperiatur? Nos, & Author nostra Romanam vsque ad vltimum anhelitum Sacram Scripturam tenere testamur, Patres sequi velle fatemur: si illa, & isti damnantur, cum illis damnari volumus, potius quam convenire cum vsu particulari alicuius Ecclesiæ Gallicanæ, si fortè talis sit, maius periculum profitemur in hoc, quam in illo, quinpotius in illo nullum.

72 Quatenus eodem Adorationis termino propositiones exprimunt cultum exhibitum, vel exhibendum Beatissimæ Virgini, quo ipsi Deo ab Authore exhibitus exprimitur. Hoc damnant, quod est damnare propositiones, quæ cum termino *Adoratio* dicunt Sanctissimam Viginem esse adoratam, vel adorandam, & Deum ipsum esse adoratum. Vel quia vtuntur in vtriusque casibus verbo *Adoro*; si hoc valet, simul damnandæ sunt infinitæ scripturæ propositiones: quia eodem verbo *Adoro*, quo dicitur Deus adoratus, vel adorandus, dicuntur plures fuisse adoratos, vel adorandos. Lege ad minus exempla scripturæ posita n. 61. & collige, quod quando Deputati in sua sententia dixerunt indistinctè, & eisdem terminis fuisse adoratam Sanctissimam Virginem, & Deum, nihil aliud significare voluisse, quam vsam fuisse in vtriusque locis verbo *Adorare*. Quare tota impugnatio in superioribus facta contra Deputatos, est etiam adaptata, & firma contra Authores huius Indiculi secundi, & contra istos potius, qui confitentur in principio, quidquid poteramus prætendere cum illa.

73 Super addidere Authores indiculi secundi esse falsas, & temerarias prædictas propositiones, quatenus dicunt Angelos Purissimam suam Reginam adorasse statim, ac creati sunt, statim ac ipsa nata est, & in Throno Altissimi. Promiserant mitigare censuras prioris Indiculi, & nunc ipsas augent, propter motiva, ob quæ prius intactas relinquerant; & non steterunt promissis. Non sic visæ sunt alijs Theologis. Nam Cancellottus in apparatu ad Annal. Marian. n. 8. supresso nomine refert plures tenentes Christum Dominum, eiusq; Sanctissimam Matrem, Angelis tàm Viatoribus, quàm comprehensoribus fuisse propositos, Deo eos ipsis revelante. Inquit enim: *Cognoscentes tunc, admirabilem divinæ naturæ cum humana nexum futurum in vna persona: tunc etiam Deo dignam Mulierem parituram in terris sine Patre Filium, quem Æternus Pater in Cælo sine Matre genuerat; at non Angelis modo viatoribus, vt appellant, sed multo magis ad gratiæ statum*

in Patria confirmatis, Deiparæ mysterium innotuisse dicendum est. Si ergo Christus Dominus tunc adoratus est ab Angelis, vt plures Interpretes habent super illud ad Hebræ. 1. vers. 6. *Et cum introducit eum Primogenitum in Orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei.* Cur non adorarent eorum Sanctissimam Reginam, adoratione ei proportionata? Quod significare videtur S. Brigitta Ser. Angelico cap. 4. & 7. ad finem. Quare Angelos eam adorasse statim ac creati sunt, non tam falsum, & temerarium putandum, quam probabile, & pium.

74 Non minus statim ac nata est. Inquit enim idem in Ann. Virg. *At vero administræ divinitatis, Cœli Beatæ Mentes, Vniversæ, solio Supremi Regis adstantes in huius quoque partem venire, post Deum, ad suæ Reginæ cunas, exhibito cei tatim obsequio, convolantes, quæ nimirum nascentis dignitatem revirita festivos, edidisse plausus, pacemque mortalibus concinuisse feruntur, teste potissimum Beata Brigitta, Ser. Angel. cap. 12. & lib. 6. cap. 96.* super quod notat Gondisalvus: *Deus voluit Matris suæ ortum Angelis propalare ad maiorem gloriam, & honorem illius, vt qui scirent eorum Reginam illam esse futuram, quippè quæ eoruum Regem, & Caput Christum parere debuerat; & tunc, vt vel à principio ortus eius illam venerarentur, & debita obsequia præstarent.* Vbi velim notes quod annales illi Cancellotti sunt editi Romæ, & dicati Alexandro VII. fel. record. De tertio supposito ex dictis Mariam Purissimam esse adorandam; quod fuerit in Throno Altissimi, nulli improbabile videbitur, qui legerit in Apocalyp. 3. vers. 22. *qui vicerit dabo ei sedere mecum in Throno meo, sicut, & ego vici, & sedi cum Patre meo in Throno eius.* In D. Hieron. to. 9. *Christus cum gaudio Matrem secum in Throno sedere fecit.* S. Anselmo de excell. Virg. cap. 8. *Deus eam cunctæ creaturæ secum perenni Iure Dominaturam in Throno gloriæ suæ collocavit.* B. Alberto Mag. in Biblia Mar. 3. Reg. 2. & Serm. de Epiphaniæ: *Tunc enim Filius venit in occursum eius, eamque in Throno glorioso ad desteram suam sublimavit.* Et qui legit in Psalm. 44: *Astitit Regina à dextris tuis,* & exemplum illud de Bersabe assumpta ad Thronum Salomonis, quod adducit ipsa Serva Dei de Agreda n. 332. & licet Patres loqui videantur de Maria Sanctissima in eius Assumptione, non est cur, si semel est verum ipsam adoratam fuisse in Throno Altissimi, sit falsum, & temerarium in alijs occasionibus: quia convincitur non repugnare. Cum tandem pateat, ex omnibus in hoc articulo dictis, prædictas quatuor propositiones esse veras, conformes Scripturæ, Patribus, vsui Ecclesiæ, & Scholasticorum, liberæ manent, tàm à Deputatorum censura, quàm ab ea eorundem nomine fictitio Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis publicata.

SVPER SEXTVM ARTICVLVM DEPVTATORVM. *Propositiones excerptæ, & ad eas censura.*

AVthor loquens de Verbo Divino ante Incarnationem pag. 127. n. 112. dicit: *Et tunc fuit primum, quod Verbum nomine humanitatis intercessit pro hominibus ante Thronum Deitatis.*

Pag. 128. eodem num. *Divinum consistorium, seu Consilium Sanctissimæ Trinitatis dixit. Noster Vnigenitus doctrinam hanc operabitur.*

Pag. 130. n. 113. *Descendat Filius Noster passibilis ad redimendum homines.*

CENSVRA.

Hæ propositiones continent doctrinam, quæ apertè derogat Divinitati Verbi, malè sonant Fide, & in hæresim inducit.

MENS AVTHORIS EXPRESSISSIME CATHOLICA *præmittitur dicendis.*

75 REgula generalis Interpretandi mentem Authorum Catholicorum est, quod quoties invenitur sensus alicuius propositionis, vel dubius, vel indiferens ad bonum, vel ad pravum sensum est interpretandus in bonum. Et pro intelligentia mentis Authoris recurrendum est ad eius scripta, & ex antecedentibus, & consequentibus colligendum est, in quibus Catholicè sentit, etsi aliqua propositio appareat minus Catholica, iudicandum est Authorem in illo sensu non intellixisse, nec subito liber eius transfigendus est. Sic tenent S. Augustinus de Doctrina Christiana cap. 2. & 6. S. Hilarius lib. de Trinit. S. Vincentius Ferrer lib. 12. de prædest. ibi. Gonet. q. 6. §. 4. Bord. t. 1. cap. 14. citans plures alios, inter quos Sixtum Senen. & N. Defensorium à n. 717. vsque ad 722. Si Deputati hanc regulam præ oculis habuissent, non tam præpropere librum Ven. Abbatissæ de Agreda transfixissent. Dicit enim n. 27. eiusdem libri: *In hac individua Trinitate nihil est, quod possit dici prius, nec posterius, maius, nec minus: Totæ tres Personæ sunt in se æqualiter æternæ, & æternè æquales. n. 28. Intellexi, quod Trinitas hæc divina comprehenditur vnico actu simplicissimo, quin indigeat nova, & distincta notitia. Scit Pater, quod Filius,*

ius, & Filius, & Spiritus Sanctus, quod Pater, & quod inter se diligunt se reciprocè vno ipso amore immenso, & æterno; & est vna vnitas intelligendi, amandi, & operandi æqualis, & indivisibilis: vna simplex, incorporea, & indivisibilis natura: Vnum esse Dei veri, in quo sunt in supremo, & infinito gradu simul omnes perfectiones. Sed lege totum caput 3.

76 Sed quod magis notandum venit, quod 2. P. n. 126. positura propositionem istam eamdem; quam proposuerat 1. p, n. 112. & quæ modo examinatur scilicet: *Et cum Persona Filij esset, quæ veniebat in mundum humanitatem assumere, prius quam descenderet de Cœlis, absque eo quod exiret è sinu Patris, in illo Divino Consistorio nomine Humanitatis, quam in sua persona erat assumptura, exposuit petitionem quandam, & propositionem repræsentans merita prævisa, vt per ea vniverso generi humano sua concederetur Redemptio:* ad illam proferendam n. 125. hanc supponit do-
„ ctrinam: Suppono, quod inter tres Divinas Personas, vt Fides docet,
„ etsi sit Personalis distinctio, non est in Sapientia, Omnipotentia,
„ nec in reliquis Attributis inæqualitas, sicut nec potest esse in substã-
„ tia Divinæ Naturæ: & sicut sunt æquales in dignitate, & perfectione,
„ sic etiam sunt in operationibus quas vocant ad extra, eo quod pro-
„ deant extra ipsum Deum ad producendam aliquam creaturam, aut
„ quid temporale. Hæ operationes sunt indivisæ inter tres Divinas
„ Personas; nam eas vna sola non producit Persona, sed totæ tres, qua-
„ tenus sunt vnus Deus, & habent vnam Sapientiam, & vnum Intelle-
„ ctum, & vnam Voluntatem. Itaque sicut Filius scit, vult, & operatur; quod scit, & vult *Pater, sic Spiritus Sanctus scit, & vult, & operatur idem quod Pater, & Filius.* Quæ præsupponit hæc, vt sequentia describat, & intelligantur; non videtur immediatè dicturam aliquid, cui tã subito diceret oppositum, & contra suam Catholicam doctrinam stabilitam, & sic nec quod Verbum Divinum haberet ad extra aliquam operationem, & actionem propriam, & distinctam ab alijs Personis.

SENSVS CATHOLICI PRÆDICTARVM PROPOSITIONUM expenduntur, & roborantur.

77 De propositione prima hac extracta, & de illa 2. P. n. antecedenti in principio posita, idem Iudicium ferendum est; sunt enim eædem, & duplici modo possunt intelligi. Primò, taliter quod verbum sumatur, vt præcisè subsistens in natura Divina. Et tunc illa *intercessit, rogavit, oravit, petivit*, non sunt intelligenda in rigore sensus talium verborum, sed impropriè, & per analogiam ad nostrum modum intercedendi, orandi, rogandi, & petendi. Fundamentum ministrat ipsa Serva Dei, Maria auferens rigorem vocibus

istis

istis,& ingerens terminos id significantes, quoties illas proponit, n. 45. dicit: *Hic (secundum nostrum intelligere) pro ipsum est Verbo, & factus est, quasi quidam contractus de Sanctitate, &c. Purissimæ Matris.* Vbi licet loquatur de quarto instanti prædestinationis Mariæ, & consequenter ab æterno, & de Verbo antequam Carnem assumeret, & cum illo dicat factum esse contractum, tollit rigorem illud, *secundum nostrum intelligere*, & illud *quasi quidam contractus.* Et in nostro casu n. 111. fuit quasi quædam petitio ante Thronum Sanctissimæ Trinitatis. Et posita propositione ista primo, dicit: *Et secundum nostrum modum intelligendi Pater Æternus contulit hanc petitionem cum Personis Sanctissimæ Trinitatis.* Et 2. p. n. 126. postquam dixit Verbum præsentasse vnam propositionem, seu petitionem, n. 128. post alia explicat modum, quo loquitur, & est intelligenda dicens: *Hæc omnia (iuxta nostrum modum intelligendi) agebantur in Cælo in Throno Beatissimæ Trinitatis, prius quam Sanctissima Virgo suum illud fiat proferret.* Isti termini restrictivi vocum de proprio significato ad appropriatum, non esse intelligendum in rigore Verborum, Clarissime indicant.

78 Modum hunc consuetum fuisse in Sacris Scripturis tenent SS. Patres, & S. Isidorus vtilitatem eius significat lib. 1. sent. cap. 5. dicens: *Ita ergo intelligere opus est alias passiones, quas de affectione humana dicit Scriptura ad Deum, vt & iuxta se incommutabilis sit credendus, & tamen pro causarum affectibus, vt facilius intelligatur, nostræ locutionis, & mutationis genere appelletur. Tam Clementer Deus humanæ infirmitati consuluit, vt quia eum sicuti est non possumus agnoscere, nostræ locutionis more se ipsum insinuat.* Sic etiam plures SS. Patres, vt Augustinus, Basilius, Gregorius, Tertulianus, & Origines videndi ad finem notæ 17. prioris partis. Multos etiam Patrum, & Scolasticorum refert Bazquez t. 1. in 3. p. disp. 83. n. 9. tenentium neque intercedere modo, nec rogare: & S. Paulus ipsum introducit intercedentem, & rogantem: *Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Et S. Chrysostomus dicit: *Non loqui propriè, sed appropriatè, loquendo modo humano, vt se attemperaret nostræ imbecillitati, & suam charitatem declararet.* Videatur homil. 5. super cap. 8. ad Roman. *Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inennarrabilibus.* Cum ergo Sancti Patres salvent plures Scripturæ textus, in quibus dicitur Deum postulare, seu rogare, intelligendo eos per appropriationem, & loquendo modo humano, & nostra pia Author se hoc modo loqui declaret, sicut loquutiones illæ nec derogant Divinitati Dei, nec male sonant in Fide, nec in hæresim inducunt sic videtur dicendum de locutione ista Ven. Abbatissæ.

79 Secundo, intelligi potest propositio taliter quod sumatur verbum, vt subsistens in natura humana, & tunc optime potest dici verbum postulare, petere, orare, &c. Nam secundum concordem sensum

Theologorum, quæ dicuntur de humanitate vnita supposito Divino ratione suppositi, vel vt loquuntur per communicationem Idiomatū, de toto supposito prædicantur, & è converso. Sic cum humanitas Christi propriè pro nobis intercedat, & ipsum Verbum intercessisse dici valet: Nec obstat quod dicat intercessisse antequam exiret à Patre, seu prius quam subsisteret in natura humana, nam benè stat: quod sit antequam in executione exiret à sinu Patris, & quod tunc in Divina prævisione subsistat in humanitate. Ita quod sensus sit: Verbum Divinum prævisum futurum intercessisse nomine humanitatis suæ pro hominibus, vt fieret *salus, & virtus, &c.* Seu quod merita humanitatis Verbi, quæ iam erat in divinis decretis præfinita ad subsistendum in Verbo vt futura, & prævisa, repræsentata sunt menti Divinæ, & per illa Deus fuit impulsus, vt qui ante Verbum venturum decreverat absolutè decerneret, quod veniret passibile ad redimendum hominem, & ad replendas Sedes, quas mali Angeli perdiderunt.

80 Quod loquatur de Verbo in humanitate subsistente confirmatur ex multis in ipsius testimonijs. Primo, quia non dicit Verbum absolutè intercessisse, *sed nomine humanitatis*, quo significavit Verbum ex se neque orasse, nec intercessisse, sed ex humanitate. Secundo, Verbū illud quod dicitur intercessisse nomine humanitatis, antequam exiret de Sinu Patris, est illud ipsum, quod ibi exhiberur ab Angelis adoratum, & à Perduelibus impugnatum: hoc autem fuit Verbum humanitati vnitum, prævisum absolutè futurum. Tertio, nam n. 111. super illud Apocalip. 12. vers. 10. dicit hanc vocem fuisse Filij nomine humanitatis, & fuisse quasi petitionem; & vocasse homines fratres suos; sed non dicuntur fratres Verbi, vt subsistit in natura Divina, sed in humana, & sic petebat vt erat frater noster, & Verbum Humanatum prævisum. Quarto, dicit *Fuit nunc primum, quo Verbum nomine Humanitatis intercessit pro hominibus*. Ergo fuit secundum, & per illud regulandus est sensus huius propositionis. Secundo contigit 2. p. n. 126. vbi dicit: *Fecit vnam propositionem, & petitionem repræsentans merita prævisa.* Num. 127. *Pater Æternus acceptavit petitionem hanc, & merita Verbi prævisi.* Sed merita prævisa Verbi prævisi, non sunt merita Verbi subsistentis in natura humana, antequam exiret de Sinu Patris: ergo non intelligit Verbum vt verbum, sed Verbum factum Hominem, nam merita sua in humanitate prævisa repræsentata sunt, & obiecta, vt petentia, orantia, & intercedentia.

81 Hanc repræsentationem meritorum prævisorum Verbi in humanitate; seu nomine humanitatis esse petitionem, orationem, seu intercessionem verbi Catholicè, & dogmaticè probat tota 4. Secundæ partis §. 1. ex Concilio Ephesino, Can. 4. ex 6. Synodo generali act. 11, & 18. Lateran. sub Martino I. Concl. 5. Canon 4. ex Patribus

Cyrillo, Damasc. sufficiat pro omnibus D. Thomas 3. p. q. 57. art. 6. & in expositione Canonicæ Ioan. 2. lect. 4. super illud ad Hebræos 7. *Interpellat pro nobis. Primo humanitatem suam, quam pro nobis assumpsit, repræsentando, item Sāctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimendo.* Et Concil. Francofor colom. 6. explicans quomodo Verbum petat, dicit: *Quia Carnem, quam pro nobis assumpsit, Patri manifestat.* Si ergo repræsentare Patri humanitatem, in sententia horum Patrum, & desiderium, quod habet de nostra salute, est pro nobis interpellare; repræsentare merita prævisa ipsius humanitatis, seu nomine humanitatis, iuxta SS. Patres hos, dici poterit interpellatio, oratio, & intercelsio, ac proinde tales propositiones sunt verè Catholicæ, & immunes à prælata censura.

82 Hæc, etsi humanitas, nec eius opera tunc actu existerent, sed solum in prævisione, impedit, vt tunc tales effectus haberet. Nam multos alios similes habuisse dicitur priusquam exiret in actum, & per similitudinem ad illos, possumus de istis dicere. Proverb. 8. dicitur: *Ab initio, & ante sæcula creata sum,* quod de sapientia Incarnata cum pluribus Patribus intelligunt Deputati art. 9. in secunda censura. Apocal. 3. dicitur: *Agnus, qui occisus est ab origine mundi.* Et Ioan. 1. dixit Baptista: *Post me venit, qui ante me factus est.* Et S. Thomas dicit non loqui de Christo secundum generationem æternam, secundum quam non est factus, sed genitus; sed de temporali, quæ cum non posit intelligi in actu, quia Christus non est factus homo prior Ioanne, cum dixerit Mariæ S. Gabriel: *Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium, & hic mensis sextus est illi.* Restat ergo quod sit in prævisione. Et vltra: certum est apud Theologos gratiam datam Angelis, Adamo, & Patribus antiquis ex meritis prævisis Christi D. & ex morte prævisa Filij Sanctissima Mater ab omni labe est præservata, vt cantat Ecclesia oratione de Conceptione Immaculata. Ergo, & Christus prævisus, & eius merita potuerunt similiter intercedere, & petere salutem nostram. Videatur nota 4. 2. p. si amplior desideratur solutio.

83 Hæc dicta sufficiant pro prima propositione excerpta à Deputatis, & illa à nobis adiuncta ex 2. p. n. 126. cæterum circa duas alias. Noster Vnigenitus operabitur doctrinam istam, descendat filius noster. Ponit nota 16. prioris p. solutiones, & confirmationes sufficientes: primam, dato, licet non concesso, quod loqueretur Trinitas Sanctissima, & diceret de Christo Domino: *Noster Vnigenitus*, aut *Noster filius*, satis probabiliter salvari posset, nam apud Catholicos Doctores probabiliter defenditur Christum D. inquantum hominem dici verè filium proprium Dei; & etiam Sanctissimæ Trinitatis. Vide ibi Authores. Sed quia textus nostræ scriptricis non intendit hunc sensum; nam non loquitur ibi Trinitas, nec Pater Æternus cum duabus divi-

nis personis, sed cum Angelis. Ibi enim Pater Æternus loquens cum Angelis Authoritativè notificans decretum, quod habuit de Christo venturo passibili, vsus est modo loquendi, quo Principes Supremi vti solent quando leges suas, decreta, vel statuta nota faciunt inferioribus, qui, etiamsi vna sola persona sint, in plurali loqui consuescunt ad significandum Authoritatem, seu potestatem, quam in alios habent, in cuius persona vnica tota Populi residet Authoritas, & potestas. Sic loquitur Summus Pontifex in suis Canonibus, & Legibus, sic Rex Galliæ in decretis dicere consuescit Nos Ludovicus, &c.

84 Modus iste satis conformis est textui scriptricis, nam ibi dicitur esse manifestationem decreti, quod Deus habuerat de Christo venturo in carne passibili, factam à Patre Æterno Angelis Sanctis: dicitur etiam ibi loqui, non secundum rigorem significationis vocum, sed iuxta modum nostrum loquendi, vt patet in principio n. 112. seu admodum, quo homines vti solent in publicatione suarum legum. Et in n. 114. concludit hic fuisse manifestata, & imposita munia, & officia, ad quæ erant designati: quæ omnia secundum modum loquendi fiunt vocibus numeri pluralis, tametsi fiant ab vnica persona. Modum hunc esse vsitatum in Sacris Litteris ostendit clarissimè nota, & ad obiectionem ibi positam respondet: quæ omnia, quia ibi clara, & modo conciso posita sunt, hic repetere non iudico necessarium; & quia ita sufficiens solutio visa est ipsis Deputatis, vt in suo secundo Indiculo propositionum excerptarum has duas recantaverint propositiones, earumque censuras dereliquerint, vt patet immediatè.

QVID CENSVRA NOMINE FACVLTATIS COMMENtitio lata contra hunc articulum in suo quarto articulo?

85 SEcundi Indiculi Author in sua censura secunda posuit propositionem illam primam, provt iacet in principio articuli descripta, reliquas duas dereliquit, simul, & censuras earum. Vnde colligitur clare convictum esse, vel à solutionibus notæ, vel à rationibus allatis in congressibus Sorbonicis, vel compulsum ab omnibus illas simul derelinquere pariter, & censuram earum. Sic modo censuram apponunt: Hæc propositio male sonat in fide, & est iniuriosa Divinitati Verbi. Modo illam corrigunt: nam aperte auferunt, *& in hæresim inducit*. Quas particulas ante collocaverant. Sed quomodocumque sit, quia ex dictis in toto hoc articulo sufficienter satisfactum manet, nihilque magis dicunt isti, quam Deputati non libet amplius in his immorari.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

SVPER SEPTIMVM ARTICVLVM DEPVTATORVM.

PAg. 158. n. 172. *Nisi enim illi (S. Ioachim, & S. Anna) se ligassent voto speciali offerendi eam (Sanctissimam Virginem) Templo, antequam cognoscerent eam, & cum ea egissent, post, videntes eam tam amabilem, suavem, & placidam, passi essent omnes pœnas imaginabiles, vt ab ea dimitterentur, nec nisi reluctante corde obtulissent propter amorem vehementem, quo eam afficerent.*

CENSVRA.

Hæc propositio pietati, & Sanctitati Parentum Sanctissimæ Virginis derogat.

MENS AVTHORIS LEGITIMA.

86 TOta solutio articuli huius, & censuræ disolutio pendet, ab intelligentia genuinæ mentis Authoris. Hæc autem secuta axioma illud Patrum: *Quod Deus quemcumque ad aliquod gratiæ munus præordinat, omnia necessaria ad tale munus concedere consuescit* cap. 12. dicti libri describit gratias, excellentias, & prærrogativas quibus Altissimus cumulare dignatus est à principio ad vltimum Parentes Virginis Matris; vt talis Filiæ essent Parentes digni. Enumerat heroicas virtutes, in quibus versati sunt annis viginti, quibus in Matrimonio præstiterunt, liberis non susceptis. Decursis istis, cum iam propinquaret tempus Immaculatæ Conceptionis Mariæ Sanctissimæ, n. 170. ampliores gratiæ dispositiones enarrat, vt ad istam gratiam pervenirent, & inter alias n. 171. dicit fuisse vnam humiliationem carendi liberis, quod in lege probriosum reputabatur, nam exclusi à Deo putabantur ab habenda parte in Messia, qui de illorum genere carnem sumpturus erat: *Sed Altissimus* (sunt verba Servæ Dei) *qui, mediante humiliatione hac eos affligere voluit, & disponere ad gratiam eis paratam, contulit eis tolerantiam, & cum sua voluntate conformitatem, vt seminarent in lachrymis, & orationibus fructum fælicem, quem postea collecturi erant. Elicuerunt magnas petitiones ex eorum intimo cordis ad hec ipsis imposito speciali præcepto; & voto expresso voverunt, quod si Deus eis liberos concedebat, oblaturi erant in Templo in obsequium eius, fructum benedictionis, quem acciperent.*

 87. N.

87 N. 172: *Hæc oblatio ex speciali impulsu Spiritu Sancti processit, qui disponebat, quod priusquam existeret, futurum habitaculum Filij Vnigeniti consecraretur, & quasi traderetur Domino per eius Parentes. Nam si priusquam eam cognoscerent, ac agerent cum ea non se ligassent speciali voto offerre eam Templo; post videntes eam tam dulcem, & placidam creaturam, nequirent id exequi tanta promptitudine ob vehementem amorem, quo eam prosequeremur.* Hæc Author; & vltima Verba sunt excerpta propositio Deputatorum, in quibus non sunt illa: *Omnes pœnas imaginabiles*, nec illa: *Nec nisi relutante corde eam obtulissent*, & loco illorum posuit Serva Dei Maria: *Id nequirent facere tanta promptitudine*; quæ maximè priorum duritiem imminuit, per quem contingitur Gallica versio; quæ terminos posuit provt in propositione excerpta iacent, quod non excusat Deputatos, quorum plures gloriantur de intelligentia Idiomatis Hispani, ad quod recurrere tenebantur, priusquam sententiam ferrent contra nostram Servam Dei, innocentem in delicto, quo insimulatur in hac censura. Minus excusabiles sunt Authores indiculi secundi, qui cum præmoniti essent de vitio traductoris, levaverunt à suo Indiculo, & à loco ante præscripto propositionem hanc, & censuram; sed intromiserunt inter illas articuli vltimi n. 5. & supposuerunt eam vltimæ censuræ, quæ gravior est prima.

88 Ligaverunt se Sanctissimi Mariæ Parentes speciali voto eam offerendi Templo ex speciali impulsu Spiritus Sancti. In hoc impulsu duo motiva videtur habuisse Spiritus Sanctus sui maximi amoris. Vnum erga Mariam Sponsam suam dilectissimam, vt prius per Parentum oblationem esset Sacrata sibi, quam haberet esse, vt non prius esset hominum, quam sua, & sic semper esset Dei, & non nisi Dei, & solius Dei. Alterum erga Parentes ipsius, quos quidem ne minore promptitudine illam offerrent, quando possiderent eam, illos paravit, & disposuit per votum antecedenter factum, vt non obstante naturali amore Parentum, qui eos poterat impedire eam offerrent tota promptitudine, & animi submissione. Huic dispositioni Sanctissimos Parentes correspondisse promptos testatur Author nostra n. 407. describens modum, quo illam obtulerunt de facto. De S. Anna: *S. Matrona se exhibuit promptam, & subiectam in executione eius, quod Dominus Altissimus præcipiebat ei.* De S. Ioachim n. 408. *Ambo cognoscentes divinam voluntatem, decreverunt eam implere cum submissione, & statuerunt diem, quo eam inducerent in Templum.* Ex quibus patet, quod Parentes Mariæ in actu cooperaverunt dispositioni Spiritus Sancti, & Sanctissimam Filiam obtulerunt animo prompto, & reverenti, superantes amorem naturalem Parentum, & vehementem acquisitum ex eius consortio, & suavissima conversatione. Dicant modo Deputati, quid est

quod.

quod derogat Sanctitati, & pietati Parentum Sanctissimæ Virginis? vbi dicit N. Abbatissa ipsos habuisse aliquid minus pium, minusque Sanctum? Nullus invenitur vsque modo, qui magis extulerit virtutes, dona, & gratias horum Parentum felicium, quam hæc Theodidacta Religiosa.

IMPVGNATVR CENSVRA.

89 VErum dicere poterunt Censores suam censuram non cadere super ijs, quæ de facto contigisse refert Abbatissa, hæc enim nihil continent minus pium, minus Sanctum, sed ex suppositione assignata, quòd si prius Sanctissimi isti Parentes non se ligassent speciali voto, tunc enim non obtulissent eam tanta promptitudine ob vehementem amorem, quem acquisivissent ex eius conversatione, & consuetudine. Sed adhuc sic est iniusta censura. Nam consuetum est apud Theologos multa supponi non dari, quæ ex tali suppositione multa inferunt inconvenientia, non tamen actualiter dantur, quia suppositio actualiter non verificatur. Quam plures se occurrunt in Scriptura: *Nisi Dominus ædificaverit Domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus Custodierit Civitatem frustra vigilant, qui custodiunt eam.* Cum hic sermo sit iuxta varias interpretationes de Ecclesia, & eius Rectoribus, qui nisi à Deo præventi speciali gratia, non possent, quantumcumque facerent, eam ædificare, & custodire: dic modo hoc esse contra pietatem, & Sanctitatem ædificantium, & custodientium eam? & vide si talis censura valet contra illos? etsi non valet, nec contra dictum Servæ Dei. Huiusmodi suppositiones non fiunt in perniciem subsequentis, sed vt cognoscatur Altissimi providentia, qui præveniens humanam impotentiam sua Divina gratia, removet, ea media, inconvenientia, quæ sine illa naturaliter sequerentur.

90 Isaiæ 1. vers. 9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.* Psalm. 123. *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos, forsitam vivos deglutissent nos.* Sed descendamus ad Theologos: dicunt plures: si Deus Purissimam Matrem suam à culpa non præservasset, non tam perfecta esset Mater Dei. Nullus propositionem hanc transfigit, quod sit derogativa perfectionis Sanctissimæ Dominæ, sed Authores eius extollunt per illam Domini providentiam, quæ illam sua gratia prævenit, ne à sua summa perfectione deficeret, sed semper esset Perfectissima Mater; sic in nostro casu. Nec possunt negare Deputati, quam potens sit amor paternus erga filios, & quam efficax sit, vt illos in suo conservent consortio, quod multi maluerint a Deo separari, quam quod Filij separentur ab illis, vnde Dominus Lucæ 14. protulit edi-

ctum illum generale: *Si quis venit ad me, & non odit... Et Filios, non potest meus esse Discipulus.* Quapropter amor paternus in filios dum metas institiæ non excedit, virtus est, & spectat ad pietatem: vt autem non declinet in excessum, & elevetur ad ordinē supernaturalem, & vt superetur ab amore divino, gratia specialis requiritur; & vt Parentes Filios à se separent, ac Divino obsequio mancipentur, specialissima gratia: estque actus maximè heroicus, ac sacrificio incruento comparandus, vt passim Sacri Doctores proclamant, & patet in Sacrificio Abrahæ, Jeptè, & oblatione Samuelis.

91 Quis explicare valebit amorem Sanctissimorum Parentum Sacratissimæ Virginis, tandiu desideratæ, tam continuis lachrymis, & orationibus expetitæ, tam excelsis promissis laudatæ, tot, & tantis gratijs, & excellentijs ornatæ, prædictæ tam dulci conversatione, & tam proficua Parentibus: & carere isto Thesauro pretiosissimo, & illum consecrari Deo, gratiam specialissimam exigebat. Divinam providentiam inter alias hac gratia Sanctissimos parentes cumulasse Testatur N. V. Abbatissa in impulsu, quo voto speciali ligati sunt offerendi illam Templo, quod si Deus hanc gratiam illis non contulisset, obtulissent eam ex summa virtutum, quibus pollebant, sed non tanta promptitudine, quanta illam obtulerunt, quia vehemens amor illos poterat aliqualiter retardare. Quid ex hoc? non essent tam Sancti, & pij sicut defacto fuerunt? hoc ipsis non posset imputari, quia non habuerant gratiam, ad amorem illum superandum. Et in alia providentia taliter possunt considerari, vt illos pœnas peccatores ex varijs suppositionibus, quæ fieri valent, admodum istius, quam ponit Serva Dei: & hoc modo inferto, quod volueris, quia nihil sequitur contra actuales Sanctissimos Parentes Virginis, sed ad summum contra possibiles, & in alia providentia, & ex suppositione futuros.

ARTICVLVS OCTAVVS.

CIRCA OCTAVVM ARTICVLVM DEPVTATORVM, & 5. Censuræ nomine Sacræ Facultatis Commentitiæ Latæ.

Pag. 204. 229. 230. 231. 232. & n. 186. 209. 210. 211. 213.

CENSVRA.

In his paginis continentur propositiones castarum aurium offensivæ.

Con-

92 Convenerunt tam deputati in exceptione horum numerorum, & in Censura contra contenta in eis: quapropter decrevimus illos non separare, sed sub vnica impugnatione simul illis satisfacere. Serva igitur Dei V. Maria de Agreda cap. 13. describit modum, quo per S. Archangelum Gabrielem annuntiata est Sanctissimæ Mariæ Immaculata Conceptio: & qualiter ad hanc prævenit Deus S. Annam quodam speciali favore: & ennarrans favorem hunc, ponit, quæ dicuntur in libro Gallico pag. 204. & est n. 186. cap. 15. agit de Immaculata Conceptione ipsius Purissimæ Dominæ, in quo reperiuntur paginæ, & numeri notati. In his dicunt contineri propositiones castarum aurium offensivas. Tam offensivæ visæ sunt Deputatis propositiones ibi contentæ, quod quãdo alias excerpserunt, istas nec transcribere voluerunt: nec contaminarentur in earum transcriptione; ipsi sic potuerunt imaginari; sed nos aliud in hoc fuisse suspicamur, liceat dicere: In his tam admirabiliter Serva Dei de ineffabili mysterio Conceptionis Immaculatæ affatur, quod ipsi non sunt dignati verbis ipsius transcribere, ne mysterium faterentur, etiam nomine, & verbis alterius: sed quidquid sit de hoc, vt videatur, quam iniuste censura lata est, omnes numeros, & paginas Servæ Dei Latino Sermoni datas transcribemus, & melius castitas, & puritas terminorum, & propositionum constabit, nihilque in eis inveniri, quod non respiret castitatem, & puritatem.

TRANSCRIBVNTVR IDIOMATE LATINO AVTHORIS verba in dictis paginis contenta.

93 Serva Dei Maria in pag 204. libri Gallicè, & n. 186. aliorum „ dicit: Post primã Conceptionem corporis futuræ Genitri„ cis gratiæ, antequam eius Anima Sanctissima crearetur, Deus ex„ hibuit S. Annæ singularem quemdam favorem. Passa est visionem, „ seu apparitionem Maiestatis eius intellectualiter, & per Altissimum „ modum, & communicando ipsi intelligentias magnas, & gratiarum „ charismata, paravit eam, ac prævenit cum benedictionibus dulce„ dinis. Et eam totam purificando, spiritualizavit partem inferiorem „ corpoream, & eius Animam, ac Spiritum adeò extulit, vt à die il„ lo numquam attenderit ad aliquid humanum, quod eam impediret, „ ne haberet collocatum in Deo omnem suæ mentis, & voluntatis „ affectum. Reliqua, quæprosequitur in dicto numero scriptrix, sunt Altissimi castissima verba, in quibus Deputati nihil offensivum invenerunt, cum non citent pag. 205 à qua incipit Altissimi colloquium.

Cap.

94 Cap. 15. vt dixi, Serva Dei agit de Immaculata Conceptione Mariæ. Et à n. 208. redactis ad summam divinis dispositionibus, quibus eam prævenerat omnipotentia divina, tum ex adunata congregatione veterum Prophetarum, & Patriarcharum: tum ex Thesauris divinæ dexteræ paratis ad eam locupletandam: Tum ex mille Angelis, ad eius custodiam deputatis: tum ex Regali genere: tum ex Parentibus Sanctissimis Sanctioribus reliquis alijs sæculi illius: agit de Conceptione corporis eius. Et pag. 229. n. 209. cum sequentibus assignatis
,, modū illius describit sequentibus verbis. Elapsi sunt eis (Parentibus)
,, anni viginti à contracto matrimonio, liberis non susceptis, & sic
,, tempore conceptionis Filiæ erant Matri anni quadraginta quatuor,
,, Patri vero sexaginta sex; quæ, etsi contigerit iuxta ordinem com-
,, munem generationum aliarum, virtus tamen Altissimi abstulit ab ea
,, totum imperfectum, & inordinatum, & reliquit necessarium, & in-
,, excusabile naturæ, vt debitam ministrarent materiam, ex qua for-
,, mandum erat Corpus excellentius, quam fuit, & in creatura pura
,, futurum est.

,, 95 Pag. eadem, & n. 210. prosequitur: Deus naturæ Paren-
,, tum posuit terminum, & gratia prævenit, ne culpa interveniret, nec
,, imperfectio; sed virtus, & meritum, & talis mensura in modo, quod,
,, cum fuerit naturalis, & communis, esset moderatus, correctus, &
,, perfectus ex vi divinæ gratiæ, & illa suum haberet effectum, quin
,, impediret naturam. Et in S. Anna Matrona virtus de excesso amplius
,, splenduit ob naturalem sterilitatem, qua laborabat; ob quam con-
,, ceptus ex parte sua fuit in modo supernaturalis, & in substantia pu-
,, rior, & concipere nequibat sine miraculo: Nam conceptio, quæ fit
,, sine eo, & per solam naturalem virtutem, & ordinem, habitura non
,, est recursum, nec dependentiam ab alia causa supernaturali præter
,, illam Parentum, qui sicut naturaliter concurrunt ad effectum pro-
,, pagationis, sic etiam ministrant materiam, & concursum cum im-
,, perfectione, & sine moderatione.

,, 96 Pag. 230. & n. 211. prosequitur narrationem. Sed in Con-
,, ceptione hac, tametsi Pater naturaliter infœcundus non foret, ex
,, ætate, & temperantia erat natura correcta, & attenuata: sicque per
,, divinam virtutem roborata fuit, reparata, & taliter præventa, quod
,, potuit ex parte sua operari cum tota perfectione, & potentiarum
,, moderatione, & cum proportione iuxta sterilitatem Matris. Et gra-
,, tia, & natura cōcurrerunt in ambobus, hæc vrbana, sobria, & dunta-
,, xat ad necessarium, & inexcusabile; illa superabundans, potens, &
,, excelsiva, vt ipsam absorberet naturam, non eam confundendo, sed
,, elevando, & perficiendo modo miraculoso, taliter, quod cognos-
,, ceretur gratiam in suam curam assumpsisse Conceptionem hanc,
,, ac-

,, accipiendo à natura, quod sufficeret, vt hæc ineffabilis Filia, Patres
,, naturales haberet.

97 ,, Pag. 231. n. 212. prosequitur: Modus reparandi sterilitatem Sanctissimæ Matris Annæ non fuit restituendo naturale temperamentum, quod naturali potentiæ deerat ad concipiendum; vt sic restituto, sicut reliquæ mulieres sine differentia conciperet; sed Dominus cum potentia sterili concurrit, alio modo magis miraculoso, vt ministraret materiam naturalem, ex qua formaretur corpus; & sic materia, & potentia naturales fuerunt; sed modus, quo motæ sunt, fuit per miraculosum concursum virtutis divinæ; & suspenso miraculo Conceptionis huius admirabilis, permansit Mater in sua sterilitate pristina, ne vltra conciperet, eo quod ei nec ablata, nec superaddita fuerat qualitas nova naturali temperamento. Capietur, meo videri, hoc miraculum, percepto alio, quod Christus D. N. operatus est, quando S. Petrus ambulavit super aquas: nam ad eum substinendum opus non fuit illas indurare, nec in Chrystallum, seu glaciem convertere, super quam ambularet naturaliter, & possent alij similiter, sine miraculo distincto ab illo primo in durationis earum: sed quin Deus illas in glaciem duram converteret, facere potuit, quod substentarent corpum Apostoli, cum illis supernaturaliter concurrendo, taliter, quod transacto miraculo, à quæ inventæ sunt fluidæ; & sic erant etiam, dum S. Petrus currebat per eas, siquidem cæpit, fluctuari, & mergi; &, quin eas alteraret per qualitatem novam, miraculum factum est.

98 ,, Pag. 232. n. 213. prosequitur etiam: satis similè huic, licet multo mirabilius, fuit miraculum, quo concepit S. Mater Mariæ Sanctissimæ: itaque Parentes eius directi in omnibus à divina gratia, tam abstracti fuerunt à concupiscentia, & delectatione, quod culpæ originali defuit hic accidens illud imperfectum, quod communiter committatur materiam, seu instrumentum, quo ipsa contrahitur. Mansit materia sola, spoliata imperfectione, actione existente meritoria. Itaque ex parte hac potuit optimè non resultare peccatum in hac Conceptione, si ex alia providentia Deus statuisset non resultaturum. Reservavit Altissimus miraculum hoc pro illa duntaxat, quæ futura erat eius dignissima Mater; nam cum fuerit expediens, quod in substantiali Conceptionis eius, generaretur secundum Ordinem, quo alij filij Adæ; congruentissimum etiam fuit, ac debitam, quod salva natura, gratia concurreret cum ea in tota sua virtute, & potentia, facta insignis in ea, operans in ea vltra id, quod operaturus erat in omnibus Adæ filijs, & in ipso Adam, & Eva, qui inchoarunt corruptionem naturæ, & concupiscentiam eius immoderatam.

ius, & Filius, & Spiritus Sanctus, quod Pater, & quod inter se diligunt se reciprocè vno ipso amore immenso, & æterno; & est vna vnitas intelligendi, amandi, & operandi æqualis, & indivisibilis: vna simplex, incorporea, & indivisibilis natura: Vnum esse Dei veri, in quo sunt in supremo, & infinito gradu simul omnes perfectiones. Sed lege totum caput 3.

76 Sed quod magis notandum venit, quod 2. P. n. 126. positura propositionem istam camdem; quam proposuerat 1. p. n. 112. & quæ modo examinatur scilicet: *Et cum Persona Filij esset, quæ veniebat in mundum humanitatem assumere, prius quam descenderet de Cælis, absque eo quod exiret è sinu Patris, in illo Divino Consistorio nomine Humanitatis, quam in sua persona erat assumptura, exposuit petitionem quandam, & propositionem repræsentans merita prævisa, vt per ea vniverso generi humano sua concederetur Redemptio:* ad illam proferendam n. 125. hanc supponit do-
„ ctrinam: Suppono, quod inter tres Divinas Personas, vt Fides docet,
„ etsi sit Personalis distinctio, non est in Sapientia, Omnipotentia,
„ nec in reliquis Attributis inæqualitas, sicut nec potest esse in substã-
„ tia Divinæ Naturæ: & sicut sunt æquales in dignitate, & perfectione,
„ sic etiam sunt in operationibus quas vocant ad extra, eo quod pro-
„ deant extra ipsum Deum ad producendam aliquam creaturam, aut
„ quid temporale. Hæ operationes sunt indivisæ inter tres Divinas
„ Personas; nam eas vna sola non producit Persona, sed totæ tres, qua-
„ tenus sunt vnus Deus, & habent vnam Sapientiam, & vnum Intelle-
„ ctum, & vnam Voluntatem. Itaque sicut Filius scit, vult, & operatur; quod scit, & vult *Pater, sic Spiritus Sanctus scit, & vult, & operatur idem quod Pater, & Filius.* Quæ præsupponit hæc, vt sequentia describat, & intelligantur; non videtur immediatè dicturam aliquid, cui tã subito diceret oppositum, & contra suam Catholicam doctrinam stabilitam, & sic nec quod Verbum Divinum haberet ad extra aliquam operationem, & actionem propriam, & distinctam ab alijs Personis.

SENSVS CATHOLICI PRÆDICTARVM PROPOSITIOnum expenduntur, & roborantur.

77 DE propositione prima hac extracta, & de illa 2. P. n. antecedenti in principio posita, idem Iudicium ferendum est; sunt enim eædem, & duplici modo possunt intelligi. Primo, taliter quod verbum sumatur, vt præcisè subsistens in natura Divina. Et tunc illa *intercessit, rogavit, oravit, petivit*, non sunt intelligenda in rigore sensus talium verborum, sed impropriè, & per analogiam ad nostrum modum intercedendi, orandi, rogandi, & petendi. Fundamentum ministrat ipsa Serva Dei, Maria auferens rigorem vocibus

istis, & ingerens terminos id significantes, quoties illas proponit, n. 45. dicit: *Hic (secundum nostrum intelligere) prout ipsum est Verbo, & factus est, quasi quidam contractus de Sanctitate, &c. Purissimæ Matris.* Vbi licet loquatur de quarto instanti prædestinationis Mariæ, & consequenter ab æterno, & de Verbo antequam Carnem assumeret, & cum illo dicat factum esse contractum, tollit rigorem illud, *secundum nostrum intelligere*, & illud *quasi quidam contractus.* Et in nostro casu n. 111. fuit quasi quædam petitio ante Thronum Sanctissimæ Trinitatis. Et posita propositione ista prima, dicit: *Et secundum nostrum modum intelligendi Pater Æternus contulit hanc petitionem cum Personis Sanctissimæ Trinitatis.* Et 2. p. n. 126. postquam dixit Verbum præsentasse vnam propositionem, seu petitionem, n. 128. post alia explicat modum, quo loquitur, & est intelligenda dicens: *Hæc omnia (iuxta nostrum modum intelligendi) agebantur in Cœlo in Throno Beatissimæ Trinitatis, prius quam Sanctissima Virgo suum illud fiat proferret.* Isti termini restrictivi vocum de proprio significato ad appropriatum, non esse intelligendum in rigore Verborum, Clarissime indicant.

78 Modum hunc consuetum fuisse in Sacris Scripturis tenent SS. Patres, & S. Isidorus vtilitatem eius significat lib. 1. sent. cap. 5. dicens: *Ita ergo intelligere opus est alias passiones, quas de affectione humana dicit Scriptura ad Deum, vt & iuxta se incommutabilis sit credendus, & tamen pro causarum affectibus, vt facilius intelligatur, nostræ locutionis, & mutationis genere appelletur. Tam Clementer Deus humanæ infirmitati consuluit, vt quia eum sicuti est non possumus agnoscere, nostræ locutionis more se ipsum insinuat.* Sic etiam plures SS. Patres, vt Augustinus, Basilius, Gregorius, Tertulianus, & Origines videndi ad finem notæ 17. prioris partis. Multos etiam Patrum, & Scolasticorum refert Bazquez t. 1. in 3. p. disp. 83. n. 9. tenentium neque intercedere modo, nec rogare: & S. Paulus ipsum introducit intercedentem, & rogantem: *Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Et S. Chrysostomus dicit: *Non loqui propriè, sed appropriatè, loquendo modo humano, vt se attemperaret nostræ imbecillitati, & suam charitatem declararet.* Videatur homil. 5. super cap. 8. ad Roman. *Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inennarrabilibus.* Cum ergo Sancti Patres solvent plures Scripturæ textus, in quibus dicitur Deum postulare, seu rogare, intelligendo eos per appropriationem, & loquendo modo humano, & nostra pia Author se hoc modo loqui declaret, sicut loquutiones illæ nec derogant Divinitati Dei, nec male sonant in Fide, nec in hæresim inducunt sic videtur dicendum de locutione ista Ven. Abbatissæ.

79 Secundo, intelligi potest propositio taliter quod sumatur verbum, vt subsistens in natura humana, & tunc optime potest dici verbum postulare, petere, orare, &c. Nam secundum concordem sensum

Theologorum, quæ dicuntur de humanitate vnita supposito Divino ratione suppositi, vel vt locuntur per communicationem Idiomatũ, de toto supposito prædicantur, & è converso. Sic cum humanitas Christi propriè pro nobis intercedat, & ipsum Verbum intercessisse dici valet: Nec obstat quod dicat intercessisse antequam exiret à Patre, seu prius quam subsisteret in natura humana, nam benè stat: quod sit antequam in executione exiret à sinu Patris, & quod tunc in Divinà prævisione subsistat in humanitate. Ita quod sensus sit: Verbum Divinum prævisum futurum intercessisse nomine humanitatis suæ pro hominibus, vt fieret *salus, & virtus, &c.* Seu quod merita humanitatis Verbi, quæ iam erat in divinis decretis præfinita ad subsistendum in Verbo vt futura, & prævisa, repræsentata sunt menti Divinæ, & per illa Deus fuit impulsus, vt qui ante Verbum venturum decreverat absolutè decerneret, quod vniret passibile ad redimendum hominem, & ad replendas Sedes, quas mali Angeli perdiderunt.

80 Quod loquatur de Verbo in humanitate subsistente confirmatur ex multis in ipsius testimonijs. Primo, quia non dicit Verbum absolutè intercessisse, *sed nomine humanitatis*, quo significavit Verbum ex se; neque orasse, nec intercessisse, sed ex humanitate. Secundo, Verbũ illud quod dicitur intercessisse nomine humanitatis, antequam exiret de Sinu Patris, est illud ipsum, quod ibi exhibetur ab Angelis adoratum, & à Perduelibus impugnatum: hoc autem fuit Verbum humanitati vnitum, prævisum absolutè futurum. Tertio, nam n. 111. super illud Apocalip. 12. vers. 10. dicit hanc vocem fuisse Filij nomine humanitatis, & fuisse quasi petitionem; & vocasse homines fratres suos; sed non dicuntur fratres Verbi, vt subsistit in natura Divinà, sed in humana, & sic petebat vt erat frater noster, & Verbum Humanatum prævisum. Quarto, dicit *Fuit nunc primum, quo Verbum nomine Humanitatis intercessit pro hominibus*. Ergo fuit secundum, & per illud regulandus est sensus huius propositionis. Secundo contigit 2. p. n. 126. vbi dicit: *Fecit vnam propositionem, & petitionem repræsentans merita prævisa.* Num. 127. *Pater Æternus acceptavit petitionem hanc, & merita Verbi prævisi.* Sed merita prævisa Verbi prævisi, non sunt merita Verbi subsistentis in natura humana, antequam exiret de Sinu Patris: ergo non intelligit Verbum vt verbum, sed Verbum factum Hominem, nam merita sua in humanitate prævisa repræsentata sunt, & obiecta, vt petentia, orantia, & intercedentia.

81 Hanc repræsentationem meritorum prævisorum Verbi in humanitate; seu nomine humanitatis esse petitionem, orationem, seu intercessionem verbi Catholicè, & dogmaticè probat 1 eta 4. Secundæ partis §. 1. ex Concilio Ephesino, Can. 4. ex 6. Synodo generali act. 11. & 18. Lateran. sub Martino I. Concil. 5. Canon 4. ex Patribus

Cyrillo, Damasc. sufficiat pro omnibus D. Thomas 3. p. q. 57. art. 6. & in expositione Canonicæ Ioan. 2. lect. 4. super illud ad Hebræos 7. *Interpellat pro nobis. Primo humanitatem suam, quam pro nobis assumpsit, repræsentando, item Sāctissimæ animæ suæ desiderium, quod de salute nostra habuit exprimendo.* Et Concil. Francofor colom. 6. explicans quomodo Verbum petat, dicit: *Quia Carnem, quam pro nobis assumpsit, Patri manifestat.* Si ergo repræsentare Patri humanitatem, in sententia horum Patrum, & desiderium, quod habet de nostra salute, est pro nobis interpellare; repræsentare merita prævisa ipsius humanitatis, seu nomine humanitatis, iuxta SS. Patres hos, dici poterit interpellatio, oratio, & intercessio, ac proinde tales propositiones sunt verè Catholicæ, & immunes à prælata censura.

82 Hæc, etsi humanitas, nec eius opera tunc actu existerent, sed solum in prævisione, impedit, vt tunc tales effectus haberet. Nam multos alios similes habuisse dicitur priusquam exiret in actum, & per similitudinem ad illos, possumus de istis dicere. Proverb. 8. dicitur: *Ab initio, & ante sæcula creata sum,* quod de sapientia Incarnata cum pluribus Patribus intelligunt Deputati art. 9. in secunda censura. Apocal. 3. dicitur: *Agnus, qui occisus est ab origine mundi.* Et Ioan. 1. dixit Baptista: *Post me venit, qui ante me factus est.* Et S. Thomas dicit non loqui de Christo secundum generationem æternam, secundum quam non est factus, sed genitus; sed de temporali, quæ cum non possit intelligi in actu, quia Christus non est factus homo prior Ioanne, cum dixerit Mariæ S. Gabriel: *Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium, & hic mensis sextus est illi.* Restat ergo quod sit in prævisione. Et vltra: certum est apud Theologos gratiam datam Angelis, Adamo, & Patribus antiquis ex meritis prævisis Christi D. & ex morte prævisa Filij Sanctissima Mater ab omni labe est præservata, vt cantat Ecclesia oratione de Conceptione Immaculata. Ergo, & Christus prævisus, & eius merita potuerunt similiter intercedere, & petere salutem nostram. Videatur nota 4. 1. p. si amplior desideratur solutio.

83 Hæc dicta sufficiant pro prima propositione excerpta à Deputatis; & illa à nobis adiuncta ex 1. p. n. 126. cæterum circa duas alias. Noster Vnigenitus operabitur doctrinam istam, descendat filius noster. Ponit nota 16. prioris p. solutiones, & confirmationes sufficientes: primam, dato, licet non concesso, quod loqueretur Trinitas Sanctissima, & diceret de Christo Domino: *Noster Vnigenitus*, aut *Noster filius*, satis probabiliter salvari posset, nam apud Catholicos Doctores probabiliter defenditur Christum D. in quantum hominem dici verè filium proprium Dei; & etiam Sanctissimæ Trinitatis. Vide ibi Authores. Sed quia textus nostræ scriptricis non intendit hunc sensum: nam non loquitur ibi Trinitas, nec Pater Æternus cum duabus divi-

nis perſonis, ſed cum Angelis. Ibi enim Pater Æternus loquens cum Angelis Authoritativè notificans decretum, quod habuit de Chriſto venturo paſsibili, vſus eſt modo loquendi, quo Principes Supremi vti ſolent quando leges ſuas, decreta, vel ſtatuta nota faciunt inferioribus, qui, etiamſi vna ſola perſona ſint, in plurali loqui conſueſcunt ad ſignificandum Authoritatem, ſeu poteſtatem, quam in alios habent, in cuius perſona vnica tota Populi reſidet Authoritas, & poteſtas. Sic loquitur Summus Pontifex in ſuis Canonibus, & Legibus, ſic Rex Galliæ in decretis dicere conſueſcit Nos Ludovicus, &c.

84 Modus iſte ſatis conformis eſt textui ſcriptricis, nam ibi dicitur eſſe manifeſtationem decreti, quod Deus habuerat de Chriſto venturo in carne paſsibili, factam à Patre Æterno Angelis Sanctis: dicitur etiam ibi loqui, non ſecundum rigorem ſignificationis vocum, ſed iuxta modum noſtrum loquendi, vt patet in principio n. 112. ſeu admodum, quo homines vti ſolent in publicatione ſuarum legum. Et in n. 114. concludit hic fuiſſe manifeſtata, & impoſita munia, & officia, ad quæ erant deſignati: quæ omnia ſecundum modum loquendi fiunt vocibus numeri pluralis, tametſi fiant ab vnica perſona. Modum hunc eſſe vſitatum in Sacris Litteris oſtendit clariſsimè nota, & ad obiectionem ibi poſitam reſpondet: quæ omnia, quia ibi clara, & modo conciſo poſita ſunt, hic repetere non iudico neceſſarium; & quia ita ſufficiens ſolutio viſa eſt ipſis Deputatis, vt in ſuo ſecundo Indiculo propoſitionum excerptarum has duas recantaverint propoſitiones, earumque cenſuras dereliquerint, vt patet immediatè.

QVID CENSVRA NOMINE FACVLTATIS COMMENtitio lata contra hunc articulum in ſuo quarto articulo?

85 SEcundi Indiculi Author in ſua cenſura ſecunda poſuit propoſitionem illam primam, provt iacet in principio articuli deſcripta, reliquas duas dereliquit, ſimul, & cenſuras earum. Vnde colligitur clare convictum eſſe, vel à ſolutionibus notæ, vel à rationibus allatis in congreſsibus Sorbonicis, vel compulſum ab omnibus illas ſimul derelinquere pariter, & cenſuram earum. Sic modo cenſuram apponunt: Hæc propoſitio male ſonat in fide, & eſt iniurioſa Divinitati Verbi. Modo illam corrigunt: nam aperte auferunt, *& in hæreſim inducit*. Quas particulas ante collocaverant. Sed quomodocumque ſit, quia ex dictis in toto hoc articulo ſufficienter ſatisfactum manet, nihilque magis dicunt iſti, quam Deputati non libet amplius in his immorari.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

SVPER SEPTIMVM ARTICVLVM DEPVTATORVM.

PAg. 158. n. 172. Nisi enim illi (S. Ioachim, & S. Anna) se ligassent voto speciali offerendi eam (Sanctissimam Virginem) Templo, antequam cognoscerent eam, & cum ea egissent, post, videntes eam tam amabilem, suavem, & placidam, passi essent omnes pœnas imaginabiles, ne ab ea dimoverentur, nec nisi reluctante corde obtulissent propter amorem vehementem, quo eam afficerent.

CENSVRA.

Hæc propositio pietati, & Sanctitati Parentum Sanctissimæ Virginis derogat.

MENS AVTHORIS LEGITIMA.

86 TOta solutio articuli huius, & censuræ disolutio pendet, ab intelligentia genuinæ mentis Authoris. Hæc autem secuta axioma illud Patrum: *Quod Deus quemcumque ad aliquod gratiæ munus præordinat, omnia necessaria ad tale munus concedere consuescit* cap. 12. dicti libri describit gratias, excellentias, & prærrogativas quibus Altissimus cumulare dignatus est à principio ad vltimum Parentes Virginis Matris; vt talis Filiæ essent Parentes digni. Enumerat heroicas virtutes, in quibus versati sunt annis viginti, quibus in Matrimonio præstiterunt, liberis non susceptis. Decursis istis, cum iam propinquaret tempus Immaculatæ Conceptionis Mariæ Sanctissimæ, n. 170. ampliores gratiæ dispositiones enarrat, vt ad istam gratiam pervenirent, & inter alias n. 171. dicit fuisse vnam humiliationem carendi liberis, quod in lege probriosum reputabatur, nam exclusi à Deo putabantur ab habenda parte in Messia, qui de illorum genere carnem sumpturus erat: *Sed Altissimus* (sunt verba Servæ Dei) *qui, mediante humiliatione hac eos affligere voluit, & disponere ad gratiam eis paratam, contulit eis tolerantiam, & cum sua voluntate conformitatem, vt seminarent in lachrymis, & orationibus fructum fœlicem, quem postea collecturi erant. Elicuerunt magnas petitiones ex eorum intimo cordis ad hoc ipsis imposito speciali præcepto; & voto expresso voverunt, quod si Deus eis liberos concedebat, oblaturi erant in Templo in obsequium eius, fructum benedictionis, quem acciperent.*

87 N. 172 : *Hæc oblatio ex speciali impulsu Spiritu Sancti processit, qui disponebat, quod priusquam existeret, futurum habitaculum Filij Vnigeniti consecraretur, & quasi traderetur Domino per eius Parentes. Nam si priusquam eam cognoscerent, ut agerent cum ea non se ligassent speciali voto offerre eam Templo; post videntes eam tam dulcem, & placidam creaturam, nequirent id exequi tanta promptitudine ob vehementem amorem, quo eam prosequeremur.* Hæc Author, & vltima Verba sunt excerpta propositio Deputatorum, in quibus non sunt illa: *Omnes pœnas imaginabiles*, nec illa: *Nec nisi reluctante corde eam obtulissent*, & loco illorum posuit Serva Dei Maria: *Id nequirent facere tanta promptitudine*; quæ maxime priorum duritiem imminuit, per quem contigitur Gallica versio; quæ terminos posuit provt in propositione excerpta iacent, quod non excusat Deputatos, quorum plures gloriantur de intelligentia Idiomatis Hispani, ad quod recurrere tenebantur, priusquam sententiam ferrent contra nostram Servam Dei, innocentem in delicto, quo insimulatur in hac censura. Minus excusabiles sunt Authores indiculi secundi, qui cum præmoniti essent de vitio traductoris, levaverunt à suo Indiculo, & à loco ante præscripto propositionem hanc, & censuram; sed intromiserunt inter illas articuli vltimi n. 5. & supposuerunt eam vltimæ censuræ, quæ gravior est prima.

88 Ligaverunt se Sanctissimi Mariæ Parentes speciali voto eam offerendi Templo ex speciali impulsu Spiritus Sancti. In hoc impulsu duo motiva videtur habuisse Spiritus Sanctus sui maximi amoris. Vnum erga Mariam Sponsam suam dilectissimam, vt prius per Parentum oblationem esset Sacrata sibi, quam haberet esse, vt non prius esset hominum, quam sua, & sic semper esset Dei, & non nisi Dei, & solius Dei. Alterum erga Parentes ipsius, quos quidem ne minore promptitudine illam offerrent, quando possiderent eam, illos paravit, & disposuit per votum antecedenter factum, vt non obstante naturali amore Parentum, qui eos poterat impedire eam offerrent tota promptitudine, & animi submissione. Huic dispositioni Sanctissimos Parentes correspondisse promptos testatur Author nostra n. 407. describens modum, quo illam obtulerunt de facto. De S. Anna: *S. Matrona se exhibuit promptam, & subiectam in executione eius, quod Dominus Altissimus præcipiebat ei.* De S. Ioachim n. 408. *Ambo cognoscentes divinam voluntatem; decreverunt eam implere cum submissione, & statuerunt diem, quo eam inducerent in Templum.* Ex quibus patet, quod Parentes Mariæ in actu cooperaverunt dispositioni Spiritus Sancti, & Sanctissimam Filiam obtulerunt animo prompto, & reverenti, superantes amorem naturalem Parentum, & vehementem acquisitum ex eius consortio, & suavissima conversatione. Dicant modo Deputati, quid est

quod

quod derogat Sanctitati, & pietati Parentum Sanctissimæ Virginis? vbi dicit N. Abbatissa ipsos habuisse aliquid minus pium, minusque Sanctum? Nullus invenitur vsque modo, qui magis extulerit virtutes, dona, & gratias horum Parentum felicium, quàm hæc Theodidacta Religiosa.

IMPVGNATVR CENSVRA.

89 VErum dicere poterunt Censores suam censuram non cadere super ijs, quæ de facto contigisse refert Abbatissa, hæc enim nihil continent minus pium, minus Sanctum, sed ex suppositione assignata, quòd si prius Sanctissimi isti Parentes non se ligassent speciali voto, tunc enim non obtulissent eam tanta promptitudine ob vehementem amorem, quem acquisivissent ex eius conversatione, & consuetudine. Sed adhuc sic est iniusta censura. Nam consuetum est apud Theologos multa supponi non dari, quæ ex tali suppositione multa inferunt inconvenientia, non tamen actualiter dantur, quia suppositio actualiter non verificatur. Quam plures se occurrunt in Scriptura: *Nisi Dominus ædificaverit Domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Dominus Custodierit Civitatem frustra vigilant, qui custodiunt eam.* Cum hic sermo sit iuxta varias interpretationes de Ecclesia, & eius Rectoribus, qui nisi à Deo præventi speciali gratia, non possent, quantumcumque facerent, eam ædificare, & custodire: dic modo hoc esse contra pietatem, & Sanctitatem ædificantium, & custodientium eam? & vide si talis censura valet contra illos? etsi non valet, nec contra dictum Servæ Dei. Huiusmodi suppositiones non fiunt in perniciem subsequentis, sed vt cognoscatur Altissimi providentia, qui præveniens humanam impotentiam sua Divina gratia, removet, ea media, inconvenientia, quæ sine illa naturaliter sequerentur.

90 Isaiæ 1. vers. 9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus.* Psalm. 123. *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exurgerent homines in nos, forsitam vivos deglutissent nos.* Sed descendamus ad Theologos: dicunt plures: si Deus Purissimam Matrem suam à culpa non præservasset, non tam perfecta esset Mater Dei. Nullus propositionem hanc transfigit, quod sit derogativa perfectionis Sanctissimæ Dominæ, sed Authores eius extollunt per illam Domini providentiam, quæ illam sua gratia prævenit, ne à sua summa perfectione deficeret, sed semper esset Perfectissima Mater; sic in nostro casu. Nec possunt negare Deputati, quam potens sit amor paternus erga filios, & quam efficax sit, vt illos in suo conservent consortio, quod multi maluerint a Deo separari, quam quod Filij separentur ab illis, vnde Dominus Lucæ 14. protulit edictum

ctum illum generale: *Si quis venit ad me, & non odit... Et Filios, non potest meus esse Discipulus.* Quapropter amor paternus in filios dum metas institiæ non excedit, virtus est, & spectat ad pietatem : vt autem non declinet in excessum, & elevetur ad ordinē supernaturalem, & vt superetur ab amore divino, gratia specialis requiritur; & vt Parentes Filios à se separent, ac Divino obsequio mancipentur, specialissima gratia: estque actus maximè heroicus, ac sacrificio inequento comparandus, vt passim Sacri Doctores proclamant, & patet in Sacrificio Abrahæ, Jeptè, & oblatione Samuelis.

91 Quis explicare valebit amorem Sanctissimorum Parentum Sacratissimæ Virginis, tandiu desideratæ, tam continuis lachrymis, & orationibus expetitæ, tam excelsis promissis laudatæ, tot, & tantis gratijs, & excellentijs ornatæ, prædictæ tam dulci conversatione, & tam proficua Parentibus: & carere isto Thesauro pretiosissimo, & illum consecrari Deo, gratiam specialissimam exigebat. Divinam providentiam inter alias hac gratia Sanctissimos parentes cumulasse Testatur N. V. Abbatissa in impulsu, quo veto speciali ligati sunt offerendi illam Templo, quod si Deus hanc gratiam illis non contulisset, obtulissent eam ex summa virtutum, quibus pollebant, sed non tanta promptitudine, quanta illam obtulerunt, quia vehemens amor illos poterat aliqualiter retardare. Quid ex hoc? non essent tam Sancti, & pij sicut defacto fuerunt? hoc ipsis non posset imputari, quia non habuerant gratiam, ad amorem illum superandum. Et in alia providentia taliter possunt considerari, vt illos pœnas peccatores ex varijs suppositionibus, quæ fieri valent, admodum istius, quam ponit Serva Dei: & hoc modo inferto, quod volueris, quia nihil sequitur contra actuales Sanctissimos Parentes Virginis, sed ad summum contra possibiles, & in alia providentia, & ex suppositione futuros.

ARTICVLVS OCTAVVS.

CIRCA OCTAVVM ARTICVLVM DEPVTATORVM, & 5. Censuræ nomine Sacræ Facultatis Commentitie Latæ.

Pag. 204. 229. 230. 231. 232. & n. 186. 209. 210. 211. 213.

CENSVRA.

In his paginis continentur propositiones castarum aurium offensivæ.

Con-

92 CONvenerunt tam deputati in exceptione horum numerorum, & in Censura contra contenta in eis: quapropter decrevimus illos non separare, sed sub vnica impugnatione simul illis satisfacere. Serva igitur Dei V. Maria de Agreda cap. 13. describit modum, quo per S. Archangelum Gabrielem annuntiata est Sanctissimæ Mariæ Immaculata Conceptio: & qualiter ad hanc prævenit Deus S. Annam quodam speciali favore: & ennarrans favorem hunc, ponit, quæ dicuntur in libro Gallico pag. 204. & est n. 186. cap. 15. agit de Immaculata Conceptione ipsius Purissimæ Dominæ, in quo reperiuntur paginæ, & numeri notati. In his dicunt contineri propositiones castarum aurium offensivas. Tam offensivæ visæ sunt Deputatis propositiones ibi contentæ, quod quãdo alias excerpserunt, istas nec transcribere voluerunt: nec contaminarentur in earum transcriptione; ipsi sic potuerunt imaginari; sed nos aliud in hoc fuisse suspicamur, liceat dicere: In his tam admirabiliter Serva Dei de ineffabili mysterio Conceptionis Immaculatæ affatur, quod ipsi non sunt dignati verbis ipsius transcribere, ne mysterium faterentur, etiam nomine, & verbis alterius: sed quidquid sit de hoc, vt videatur, quam iniuste censura lata est, omnes numeros, & paginas Servæ Dei Latino Sermoni datas transcribemus, & melius castitas, & puritas terminorum, & propositionum constabit, nihilque in eis inveniri, quod non respiret castitatem, & puritatem.

TRANSCRIBVNTVR IDIOMATE LATINO AVTHORIS verba in dictis paginis contenta.

93 SErva Dei Maria in pag 204. libri Gallicè, & n. 186. aliorum „ dicit: Post primã Conceptionem corporis futuræ Genitri„ cis gratiæ, antequam eius Anima Sanctissima crearetur, Deus ex„ hibuit S. Annæ singularem quemdam favorem. Passa est visionem, „ seu apparitionem Maiestatis eius intellectualiter, & per Altissimum „ modum, & communicando ipsi intelligentias magnas, & gratiarum „ charismata, paravit eam, ac prævenit cum benedictionibus dulce„ dinis. Et eam totam purificando, spiritualizavit partem inferiorem „ corpoream, & eius Animam, ac Spiritum adeò extulit, vt à die il„ lo numquam attenderit ad aliquid humanum, quod eam impediret, „ ne haberet collocatum in Deo omnem suæ mentis, & voluntatis „ affectum. Reliqua, quæ prosequitur in dicto numero scriptrix, sunt Altissimi castissima verba, in quibus Deputati nihil offensivum invenerunt, cum non citent pag. 205 à qua incipit Altissimi colloquium.

,, accipiendo à natura, quod sufficeret, vt hæc ineffabilis Filia, Patres
,, naturales haberet.

97 ,, Pag. 231. n. 212. prosequitur: Modus reparandi sterilita-
,, tem Sanctissimæ Matris Annæ non fuit restituendo naturale tem-
,, peramentum, quod naturali potentiæ deerat ad concipiendum; vt
,, sic restituto, sicut reliquæ mulieres sine differentia conciperet; sed
,, Dominus cum potentia sterili concurrit, alio modo magis miracu-
,, loso, vt ministraret materiam naturalem, ex qua formaretur corpus;
,, & sic materia, & potentia naturales fuerunt; sed modus, quo motæ
,, sunt, fuit per miraculosum concursum virtutis divinæ; & suspenso
,, miraculo Conceptionis huius admirabilis, permansit Mater in sua
,, sterilitate pristina, ne vltra conciperet, eo quod ei nec ablata, nec
,, superaddita fuerat qualitas nova naturali temperamento. Capietur,
,, meo videri, hoc miraculum, percepto alio, quod Christus D. N.
,, operatus est, quando S. Petrus ambulavit super aquas: nam ad eum
,, substinendum opus non fuit illas indurare, nec in Chrystallum, seu
,, glaciem convertere, super quam ambularet naturaliter, & possent
,, alij similiter, sine miraculo distincto ab illo primo in durationis ea-
,, rum: sed quin Deus illas in glaciem duram converteret, facere po-
,, tuit, quod substentarent corpum Apostoli, cum illis supernaturali-
,, ter concurrendo, taliter, quod translacto miraculo, à quæ inventæ
,, sunt fluidæ; & sic erant etiam, dum S. Petrus currebat per eas, siqui-
,, dem cæpit, fluctuari, & mergi; &, quin eas alteraret per qualitatem
,, novam, miraculum factum est.

98 ,, Pag. 232. n. 213. prosequitur etiam: satis similè huic, licet
,, multo mirabilius, fuit miraculum, quo concepit S. Mater Mariæ
,, Sanctissimæ: itaque Parentes eius directi in omnibus à divina gra-
,, tia, tam abstracti fuerunt à concupiscentia, & delectatione, quod
,, culpæ originali defuit hic accidens illud imperfectum, quod com-
,, muniter committatur materiam, seu instrumentum, quo ipsa con-
,, trahitur. Mansit materia sola, spoliata imperfectione, actione exi-
,, stente meritoria. Itaque ex parte hac potuit optimè non resultare
,, peccatum in hac Conceptione, si ex alia providentia Deus statuis-
,, set non resultaturum. Reservavit Altissimus miraculum hoc pro
,, illa duntaxat, quæ futura erat eius dignissima Mater; nam cum fue-
,, rit expediens, quod in substanciali Conceptionis eius, generaretur
,, secundum Ordinem, quo alij filij Adæ; congruentissimum etiam
,, fuit, ac debitam, quod salva natura, gratia concurreret cum ea in
,, tota sua virtute, & potentia, facta insignis in ea, operans in ea vl-
,, tra id, quod operaturus erat in omnibus Adæ filijs, & in ipso Adam,
,, & Eva, qui inchoarunt corruptionem naturæ, & concupiscentiam
,, eius immoderatam.

99 Hæc sunt Authoris nostræ verba, hæc, quæ castas aures Deputatorum offendunt: hæc sunt eorum Lapis offensionis, & petra scandali. Propter hæc in congressibus Sorbonicis, tam impiè locuti sunt de ea, vt non erubuerit eam inter perditissimas fæminas recensere. Nec metuerint probrijs, & convitijs lacessiri, cum ob minorem præsumptionem divina irruerit vindicta in Musicum illum Tubalensem, vt patet in Relatione vitæ Servæ Dei §. 42. vers. *Mirabiles effectus*: donec à sua resipuit malitia, & fuisse castissimam Virginem testatus est. Mirandum enim est, quod nullus legentium historiam istam, ex innumeris de omni natione, inventus sit, qui impegerit in voces numerorum horum, sed nec in tota historia, quin potius illam selectissimam Virginem laudibus extulerint supremis, quod descripserit materias, quas vix vocibus puris possit quisquam alius exprimere, tanta puritate Verborum, vt nullus offensus sit, nisi factiosus, & æmulus eius! Quid ex hoc possit coniectari? Alijs relinquo; & quamquam pro illorum Verborum indemnitate ipsa relatio facta sufficeret, in qua termini castiores ad hanc materiam versandam, reperiri non valent, assignatis, & ipsi sint sibimet maior defensio, libet singula percurrere, & illorum munditiam demonstrare.

CASTITAS PROPOSITIONVM IN HIS PAGINIS contentarum manifestatur.

100 CIrca ea, quæ Serva Dei describit pagina 204. n. 186. non inficiantur Deputati casum ita contigisse, quod vocibus castas aures offensivis scribit: sed per legite obsecro, & indicate, quæ? Quid offendit dicere, quod post primam Conceptionem Corporis Sanctissimæ Mariæ, Mater eius S. Anna acceperit à Deo singularem favorem? Quod passa sit visionem intellectualem Maiestatis divinæ, præveniẽdo eam cum benedictionibus dulcedinis? Quod eam totam spiritualizaverit purificando partem inferiorem Corporis, & superiorem Animæ, & Spiritus; taliter eam elevando, quod nunquam ex tunc sensit inclinationem ad terrena, nec attendit ad aliquid, quod posset affectum eius impedire, ne mentis, & voluntatis attentionem collocatam haberet in Deo, quin ab eius deficeret præsentia? Vbi est vox, terminus, clausula, aut propositio minus casta, aut minus pura? Cum isti non assignent, nec possint, ansam præbent in malam partem accipere, quod clausulam illam: *Purificando partem inferiorem corporis, seu corpoream*, sic acceperint, quod conceperint ipsam loqui de parte inferiore corporis, non provt Mystici dividunt hominem in partem inferiorem, quæ terrena respicit, & in partem superiorem, quæ

illa, quæ Dei sunt, vnice attendit, & recognoscit: sed prout Philosophi Anathomi corpus dividunt humanum in partem inferiorem, & superiorem: quod sic concipiunt, est nimis crasse percipere, & contra mentem Authoris ibi expressam, & potest de illis dici: *Carnalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt*, & competeret eis, quod habet Apostolus Iacobus in sua Canonica cap. 3. vers. 15. cum ipsa dicat quod purificatio partis inferioris corporis, & animæ S. Annæ sita fuerit in hoc, *vt à die illo nunquam attenderit ad aliquod humanum, quod eam impediret, ne haberet collocatum in Deo omnem suæ mentis, & voluntatis affectum.* Si in hoc non offendunt, assignent in quo?

101 Pag. 229. n. 209. dicit, quod licet Conceptio Purissima Deiparæ facta sit iuxta ordinem aliorum hominum, abstulit ab ea Deus totum imperfectum, & inordinatum, at reliquit quidquid necessarium erat, & præcisum, vt parentes ministrarent materiam ad eformandum corpus illud purissimum. Rogamus castissimos Censores, quod indicare dignentur, quæ vox ex istis suas aures offendit? Duo hic Serva Dei exponit in exaltationem Conceptionis Immaculatæ; posito quod in substantia concepta est ex viro, & fœmina; servato ordine aliorum hominum. Primum, quod Deus abstulit ab ea, quidquid esse poterat inordinatum, & imperfectum. Secundum, quod de natura reliquit concurrere necessarium, vt Parentes ministrarent materiam ad corpus illud generandum, vt vere essent, & dicerentur naturales Parentes illius, non minus, quam alij sunt, & dicuntur suorum filiorum Parentes, sed præstantius illis, & gloriosius omnibus. Hæc duo vt ostendat, dicit Deum terminum posuisse naturæ; vt nihil imperfectum haberet, & gratia prævenisse, vt perfectissima evaderet. Deus posuit terminum naturæ Parentum, & abstulit imperfectum omne, quia in hac actione nihil de concupiscentia carnis inter fuit, nihil de delectatione corporea inventum est, sed actio fuit tota meritoria, & virtuosa; Nam vt dixit S. Brigitta lib. 1. cap. 9. *Magis voluissent mori, quam carnali amore convenire, & voluptas in eis mortua erat. Tamen pro certo dico tibi, quod ex charitate divina, & ex verbo Angeli nuntiantis convenerunt carne, non est concupiscentia aliqua voluptatis.* In quibus S. Brigitta confirmat quidquid Maria de Agreda refert.

102 Supposito, quod ex parte voluntatum eorum non fuit imperfectio, sed meritum, declarat, quod Deus abstulit à potentijs eorum illud accidens imperfectionis concupiscentiæ, & delectationis, quod Conceptiones aliorum comitari solet: Nam in Patre erat attenuata natura, & per refrigidationem ætatis, & per temperantiam vsus matrimonij; & in Matre per naturalem sterelitatem, qua laborabat. S. Ildefonsus est Patronus huius veritatis, eisdem fere vocibus vtens Ser. de Nativitate Virginis dicens: *Maria Virgo non est nata, sicut solent pue-*

ri, & puellæ nasci, sed de Anna sterili, & Patre Sene extrà consuetudinem mulierum post refrigeratum calorem, & omnem amorum libidinis discessum; mundo corde, & corpore ab omni pollutione carnali, orta est. Cum ergo Pater ex nimia ætate, Mater ex sterilitate naturaliter generare nequirent, adfuit miraculum, & virtus divina, quæ corroboravit potentias eorum, non per additionem, vel ablationem alicuius qualitatis, per quam potentiæ reducerentur in statum naturalem, in quo naturaliter generare valerent, sed permanendo in suis impedimentis naturalibus, Deus, & sua gratia concurrentes cum potentijs, easque corroborando, vt concurrent sua naturali virtute, & ministrarent materiam naturalem, ex qua formaretur corpus illud purissimum, & motus talis materiæ non fuit à solis potentijs, sed ab illis, & Deo. Itaque potentiæ, & materia naturales fuerunt, sed modus, quo operatæ sunt, miraculosus: Quare conceptio hæc ex parte concursus substantialis Parentum naturalis fuit, ex parte modi operandi, supernaturalis, & miraculosa. Quod totum persuadet exemplum aquarum adductum à Serva Dei, & confirmat illud dictum S. Ioannis Damasceni oratio 1. de Nativit. Mariæ: *Etenim natura gratiæ cedit, & tremula stat, progredi non sustinens. Quoniam itaque futurum erat, vt Dei genitrix, & Virgo ex Anna oriretur, natura gratiæ fœtum antevertere non est ausa, verum tantisper expectavit, dum gratia fructum suum produxit.*

103 Cum ergo Purissima Maria futura esset, vt dicit S. Bonav. in speculo cap. 7. *Opus Domini mirabile antonomasticè, de quo dicitur in Ecclesiastico vas admirabile, opus excelsi. Opus verè mirabile, quia nusquam invenitur simile; vnde de eo dicitur, non est factum tale opus in vniversis Regnis.* Non relinquitur locus dubitandi hæc omnia miracula in eius Conceptione Immaculata contigisse. Etsi hæc acciderunt, vt ex Patribus dictis videtur inferri, & non inficiantur Deputati, dicant quinam sunt termini impuri, ex quibus coalescunt propositiones piarum aurium offensivæ, & loco illorum apponant alios castiores ad historiam istam declarandam? Etsi non inveniunt conferant hos cum vocibus illis, & terminis, quibus Sancti Patres declarant, & cognoscent perspicuè Servæ suæ Deum contulisse scientiam Sanctorum. S. Damascenus ibidem, prosequitur: *Vt ostenderetur non ex carnis concupiscentia, sed ex divina gratia, &c. O Beatos Ioachim Lumbos, ex quibus Immaculatum prorsus semen fluxit! O præclaram Annæ vulvam, in tacitis incrementis ex ea auctus, atque formatus fuit fœtus sanctissimus.* S. Germanus orat. 2. de Nativit. Deiparæ: *Tunc quæ clausa erat vulva, suas fores aperuit, detinuit depositum, donec volente Deo, eam seminatus in lucem est editus.* Sed quid immoror adducere Sanctorum authoritates, videatur in nota 23. §. 4. & 5. & ibi videri valet, non alijs, nec purioribus terminis, quam Author nostra describit activam Mariæ dulcissimæ

Con-

Conceptionem, ipsos plura alia describere, nec offendere aures castas, nisi nostrorum Deputatorum, qui pariter Sanctos convitiantur, sicut Virginem castam nostram Mariam convitiantur. Nec etsi graphicè describat, quæ in tali actione contigerunt, bene arguitur experientia similium actionum; magis enim docet scientia divina, quam humana experientia, & non est alienum à Spiritu Sancto vti vocibus, nobis indecentibus, fortè iudicatis, vt obiectum exprimatur, de quo est Sermo, vt patet in pluribus Sacræ Scripturæ testimonijs, & Sanctorum authoritatibus plurimis.

ARTICVLVS NONVS.

CIRCA NONVM ARTICVLVM DEPVTATORVM.

PAg. 238. n. 220. *Propter hoc mysterium Conceptionis Sanctissimæ Mariæ Spiritus Sanctus disposuit, quod in Sancta Ecclesia dies Sabbati dicaretur ei.*

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, & temeraria:

104 Varia motiva dedicationis Sabbati Sacratissimæ Virgini varijs in temporibus detecta sunt in Ecclesia Dei, non sine speciali impulsu, & dispositione Spiritus Sancti. Ioannes Baptista Cancellotus in Annal. Marian. ad annum Virginis 82. n. 3. Initium sumpsisse Romæ dicit, in dicta supplicatione, & ieiunio ad Dominam per S. Petrum, vt suis precibus sibi impetraret auxilium in certamine contra Simonem Magum, quo superato abijt in consuetudinem in Sabbatis alijs sequentibus. Refert præterea ex alijs dicatum Sabbatum Virgini Purissimæ tempore Apostolorũ ob dolorosam solitudinẽ, quam in Sabbato Sancto substinuit, propter quam Regina Martyrum nuncupatur. Sumpsisse augmentum tempore S. Ildephonsi, disposito per eum officio, & suo clero commendato in commemorationem Virginis in Sabbato, quem post secuti sunt quam plures Monachi in plura sæcula sequentia. Sanctus Gerardus Martyr fertur id instituisse in memoriam Virginis assumptæ. Petrus Damianus ob Incarnationem: quia sicut conditor orbis requievit Sabbato ab operibus suis, sic requievit in vtero Virginis, in quo suam habet meliorem requiem, alia alij assignant Authores de Divinis Officijs agentes.

105 Si ergo omni falsitate, & temeritate semota varijs temporibus, à varijs, ob varia motiva consecratum est Sabbatum Sanctissimæ Mariæ in Ecclesia Sancta ex dispositione Spiritus Sancti; Unde Depu-

tati censent falsum, & temerarium Purissimam Dominam revelasse huic Ancillæ suæ inter alia motiva dedicationis Sabbati Virgini Matri fuisse venerationem Conceptionis eius Immaculatæ? Præterea Sabbatum cœpit Sanctum esse Sanctissimæ Deiparæ in principio Ecclesiæ; postea vero pro vno, vel altero motivo continuatum est pro vna, vel altera Ecclesia, Diœcesi, vel Religione, donec ad totam Ecclesiam propagatum est ex divina dispositione, sed modo in pluribus Ecclesijs, Monasterijs, ordinibus, Religionibus dicatum Sabbatum Conceptioni Immaculatæ per specialia indulta à S. Sede dimanata: cur ergo similiter non dicetur cum veritate, & sine temeritate esse dicatum Sabbatum Mariæ propter mysterium suæ Conceptionis Purissimæ ex dispositione Spiritus Sancti in Sancta Ecclesia? Si ergo ante dicebatur sic dicatum ob aliquod speciale motivum inventum, vel ab vna Ecclesia, vel ab vna Religione, Ordine, vel Diœcesi, cur sic non dicetur, quia sic dicatum est Sabbatum ob mysterium Conceptionis Purissimæ in multis Ecclesiis, Diœcesibus, Ordinibus, Religionibus, quin reperiatur vlla, quæ non celebret Sabbatum Conceptioni non impeditum officio novem lectionum de præcepto, vna excepta? Ultra: si ex eo quod per Sac. R. Congregationem, approbante Pontifice, determinetur quod in aliqua Civitate, Diœcesi, Religione, aut Provincia agatur in aliquo die officium de aliquo Sancto, vel Beato, talis dies dicitur dicatus tali Sancto, vel Beato in Ecclesia Dei ex speciali dispositione, licet non pro tota Ecclesia, cur idem dici non poterit, & eodem modo de mysterio Conceptionis Immaculatæ cum veritate, & sine temeritate?

106 Tandem temerarium est asserere in his, quæ dependent à solo Deo, Spiritum Sanctum hoc intendisse, vel hoc non intendisse, sine eius speciali revelatione: nam quis consiliarius eius fuit? Nostri Deputati dicunt Spiritum Sanctum non intendisse cultum mysterij Conceptionis in dedicatione Sabbati facta in Ecclesia ipsi Angelorum Reginæ, nec vllam revelationem ostendunt. Ven. Abbatissa de Agreda asserit hoc sibi fuisse revelatum, nec de revelationis formali contendunt Deputati, sed solum de Sanitate Doctrinæ; hoc intendisse Spiritum Sanctum affirmare non opponitur alicui legi, Iuri, Dogmati, consensui communi; cedit in gloriam huius mysterij: asserens est vitæ probatæ, & approbatæ famæ Sanctitatis, virtutum heroicarum, & miraculorum. Quis est temerarius? Hoc forte agnoscentes Authores censuræ nomine ficto Sacræ Facultatis Parisiensis latæ, & videntes Deputatos de hoc fuisse in congressibus convictos, ab hoc loco removerunt propositionem hanc, & transportarunt ad cumulum 36. propositionum, vt minus rem indagantes crederent fuisse recantatam, simul & censuram. Sed submiserunt aliæ acrieri censuræ positæ ad finem

nem

nem articuli vltimi. Quod suspicandi dat occasionem sincero corde non processisse.

ARTICVLVS DECIMVS.

IN DECIMVM ARTICVLVM DEPVTATORVM, SEXTVM vero Censuræ Latæ nomine ficto S. Theologiæ Facultatis Parisiensis.

AUthor Loquens de Sancta Virgine dicit pag. 277. n. 251. *Descendit ornata, & parata ipsi Deo, qui dedit illi, quidquid voluit, & voluit illi dare, quidquid potuit, & potuit illi dare, quidquid non est ipsum esse Dei.*

CENSVRA.

Cum ea dona Deus Beatissimæ Virgini contulerit, quæ secundum ordinem sapientiæ suæ ipsi conferre decebat, & in Evangelio manifestum sit non omnia ei contulisse, quæ conferri potuit. Hæc propositio falsa est, temeraria, & Evangelicæ doctrinæ contraria.

107. Quia tàm Deputati, quàm censores nomine Sacræ Facultatis, conveniunt in propositione excerpta, & in censura eius, solumque differunt, quod Deputati posuerunt exemplum quod Deus Purissimæ Virgini non contulerit, quidquid potuit, quia non contulit impassibilitatem, & cognitionem omnium, &c. Quæ reliquerunt censores, simul ipsis satisfacere conantes, & de omnibus, simul illos ad hominem impugnare tentamus. Et quidem si aliud nobis non subesset fundamentum ad convincendum censuras has à Sacra Facultate non prodijsse, sufficeret eas videre omnino contrarias alteri quondam latæ ab eadem facultate in eodem casu, & circa eandem propositionem: Nam inter tot, & Eximios Doctores, si omnes concurrissent, difficile, imò moraliter impossibile videtur, quod aliquis non recordaretur, & reclamasset, Facultatem alibi propositionem hanc approbasse, vt Catholicam, vtilem, & dignam impressionis. Casus, & historia, vt habetur in libro nuncupato Monumenta antiqua Seraphica pro Immaculata Conceptione, fol. 518. sic est.

108. Fuit quidam doctissimus Minorista dictus Ludovicus Carvajal, qui anno 1540. composuerat librum in laudem Immaculatæ Conceptionis dictum: *Declamatio Immaculatæ Conceptionis.* Incidit hic liber in manus Bartholomæi de Spina, qui male affectu in mysterium Conceptionis Immaculatæ, stomachatus de libri doctrina insurrexit in

eum quin decim argumentis. Vt Caravajal ea vidit (erat tunc Parisijs) erudite ea dissoluit in quodam appendice dicta: *Dilutio*: tàm dictus liber, quàm appendix delata est Sacræ Facultati Theologiæ Parisiensi; & omnibus demore actis, quæ in similibus casibus Facultas exequi consuescit, sequentem sententiam protulit extractam à Registro ipsius Facultatis.

„ Anno Domini 1540. die 1. Mensis Martij congregata Facul-
„ tate apud S. Maturinum post Missam, auditaquè relatione honoran-
„ dorum Magistrorum nostrorũ Deputatorum, qui visitaverunt quem-
„ dam librum intitulatũ: Declamatio expostulatoria pro Immaculata
„ Conceptione Virginis Mariæ, cum appendice quæ vocatur Dilutio
„ quin decim argumentorum, quos libros edidit Fr. Ludovicus Car-
„ vajal Hispanus Ordinis Minorum, & audito, quod invenerunt ipsos
„ libros Catholicos, & vtiles, & dignos imprimi: placuit Facultati,
„ & consentit, vt imprimantur. De mandato Domini Decani, ex or-
„ dinatione prædictæ Facultatis J. Tauvel. cum privilegio ad Trien-
„ nium. Hæc est censura Facultatis.

109 Prædictus Hispanus Minorita cap. 2. dictæ declamationis de nomine, & Dotibus Sanctissimæ Deiparæ, post eius descriptas excellentissimas prærogativas nomine ipsius Angelorum Reginæ, declamavit sic: *Iamque vnicè me ab æterno Filius meus amavit, vt mihi quidquid potuit (potuit autem multa) sit liberalissimè impertitus.* Contra hanc propositionem sic instabat Spina, argumento 4. *Christus impertitus est Virgini, quidquid ei potuit communicare; sed potuit, & communicare servos, & ancillas, agros, castra, vrbes, & regna: ergo. Sed consequens est falsum, ergo & antecedens; non minor: ergo maior. Potuit ei etiam dare in hac vita claram Dei visionem, & fruitionem: ergo dedit, quod est falsum, cum habuerit Fidem: Beata quæ credidisti, quæ non potest esse simul cum clara visione. Potuit etiam dare, vt ex Spiritu Sancto conciperetur, & vt esset æqualis gratiæ cum Christo: & vt esset vnita cum Divino supposito, & vt esset Papa: ergo dedit omnia hæc ei, & multa alia, quorum assertio est falsa, & hæretica, &c.* Similiter arguit ex Gersone de impeccabilitate, & concludit hoc dicere esse falsum, temerarium, imò hæreticale.

110 Solutiones ad hoc argumentum exhibitas à Carvajal, approbavit Sacra Facultas modo suprapósito; quibus vtemur pro præsenti instituto, breviori methodo, sed substantia eadem, quas non potuerunt refragari censores, vtpote à sua Facultate probatas. Prima talis propositio est vera, eam intelligendo virtualiter, & in causa, aut eminenter, & in valore. Quando enim Deus se ipsum Virgini impertitus est, impertitus est omnia, non formaliter, sed in causa; itaque Beatissima Virgo habens Deum in suis Purissimis Visceribus, habebat virtualiter, & eminenter omnia possibilia, quia habebat eum, qui con-

tinet omnium rerum perfectiones. Sic B.Franciscus iugiter dicebat: *Deus meus, & omnia.* Vide ibi plura exempla Sacræ Scripturæ, & Patrum, qui hunc modum loquendi approbant, & sæpe illo vtuntur. Quare Deus Verbum, dum se Filium impertitus est Virgini, Matrem eam constituendo, impertitus est quidquid potuit, quia amplius ei dare non potuit, qui se ipsum dedit continentem eminenter, & virtualiter omne, quod est possibile.

111 Secunda solutio: Propositio est vera, si illa distributio accipiatur non pro singulis generum, sed accōmode, & pro generibus singulorum, ita vt sensus sit: Deus impertitus est Virgini quidquid potuit, ad hunc finem videlicet, vt conciperetur Immaculata, de quo tractabat ille libellus, & modo etiam agit hic Serva Dei Maria de Agreda. Quia supposito, quod Virgo Purissima erat Filia naturalis Adæ, ac proinde involubilis in peccato, vt fatetur ille Libellus, non potuit Deus eam puram, & innocentem servare nisi duplice genere, negativè nempe, & positive. Negativè non imputando ei Adæ peccatum, & in puribus naturalibus eam creando: Positivè, eam acceptando cum collatione alicuius doni, scilicet conferendo ei gratiam, & originalem iustitiam. Dedit ergo ei Deus quidquid potuit distribuendo pro generibus singulorum, quando in præservatione non imputavit ei peccatum Adæ, & eam acceptavit per summæ gratiæ infusionem; alia genera præservandi non sunt excogitabilia; & sic hoc modo impertiendo, vt immaculata conciperetur, impertitus est ei generice quidquid potuit. In hunc modum intelligitur illud S. Anselmi: *Decuit Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi.* Videantur, quæ secuntur in secundo sensu Authoris prælaudati.

112 Tertia solutio: Propositio est vera, attenta ordinaria potentia Dei. Vt hæc intelligatur, præmittit distinctionem illam potentiæ Dei in potentiam absolutam, & potentiam ordinatam, seu ordinariam admissam à Scolasticis cunctis, fundatam in Scriptura, & in Sanctis Patribus stabilitam. Varijs hanc diversorum Doctorum descriptionibus notificat, ac diversis nominibus appellat. Convenit cum omnibus in hoc, quod absoluta potentia Dei est divina voluntas ante suam determinationem, vt consideratur in primo signo, quæ extenditur ad omnia possibilia, seu non repugnantia. Potentia ordinaria Dei, seu ordinata, vel condescentiæ (alijs etiam nominibus solet appellari) est divina voluntas, vt sequitur suam determinationem, quæ solum extenditur ad ea, quæ Deus facere decrevit, & iuxta determinationem suæ sapientiæ, & bonitatis efficere statuit. Multa Deus de sua potentia absoluta facere valet, quæ de potentia ordinaria nequit: Nam per primam salvare potest Iudam, non vero per secundam. Nec hoc dedecet suam potentiam, sed ostendit immutabilitatem ordinis suæ

 po-

potentiæ,iuxta suam præordinationem, & æquitatem; aliter Deus non faceret, quod facere decreverat, & mutaretur,novam faciendo determinationem, & recedendo à prima, quam fecerat ab æterno: vnde sic non posse facere non arguit in ipso imperfectionem, cum ipso à suis iustissimis determinationibus ex sua sapientia, & bonitate se fecerit impotentem, & non necessario à suis intrinsecis, nec ab aliquo intrinseco proveniat.

113 Prælaudatus Carvajal saluat suam illam propositionem: *Tam vnice me Filius meus ab æterno amavit, vt mihi, quidquid potuit, sit libentissimè impertitus*, intelligendo illam de ordinaria potentia, & secundum præordinationem, & determinationem suæ voluntatis. Sic approbavit Facultas Parisiensis eam, & hanc interpretationem posse adaptari ei, firmavit. Sic etiam Deputati in sua hac censura fatentur Deum Purissimæ Mariæ impertitum esse, quidquid potuit de potentia ordinaria,cum dicunt: *Deum dedisse Sanctissimæ Virgini ea dona*,quæ secundum ordinem suæ sapientiæ ipsi conferre decebat,& ex Evangelio constat sic ei dedisse omnia: ergo dum Deputati non ostendunt Authorem nostram dicere dedisse omnia,quæ potuit de absoluta potentia expressè; & potest interpretari, & debet,de potentia ordinaria, sicut schola Parisina intellexit illam Carvajali, & ipsi etiam approbant in hac sua censura, & ex ea evanescit, quidquid opponunt. Sed ostendere non poterunt, quia nullibi Serva Dei habebat Verbum,quo hoc insinuet; quin potius oppositum infertur, & loqui de potentia ordinaria: nam dicit: *Dedit ei quidquid voluit, & voluit quidquid potuit*, in quo indicat potentiam dandi fuisse iuxta determinationem volendi. Magis expressè aperit mentem suam loquendo nomine ipsius Reginæ 2 p. n.84.sic: Filia mea, *occultæ officinæ, & penetralia Altissimi sunt Regis divini, & omnipotentis, & ideo monilia pretiosa, quæ in eis habet ad ornandum suas sponsas, & electas, sunt sine mensura, & numero. Et sicut me cumulavit bonis, potuit idem facere cum innumerabilibus alijs, & semper ei superesset infinitum. Et quamvis eius liberalis dextera nulli creaturæ donavit,quantum mihi, non est, quia non potuit, &c.*

114 Minorita Carvajal dicit vltra, suam propositionem esse veram, si ly: *Dedit quidquid potuit*, sit æquivalens his terminis quidquid decuit, licuit, aut dare decrevit: & probat sic: *dicere* Deum Virgini Sanctissimæ dedisse quidquid decuit, licuit, aut decrevit est Catholica propositio, & ab omnibus admittenda: sed dicendo dedisse quidquid potuit, est dicere dedisse quidquid decuit, liquit, aut statuerat dare secundum communem phrasim Scripturæ, Patrum,& peritorum Idiomatis: ergo,& propositio Authoris nostræ Agredensis.Minor suadetur ex Scriptura. Luc. 14. invitatus ad Cœnam dixit *Vxorem duxi, & ideo non possum venire.* Quod æquivalet non decet, licet, aut de-

decrevit venire. Marci 6. de Christo dicitur: *Non poterat ibi virtutem ullam facere.* Super quod Lyra dicit: non posse facere, non refertur ad potentiam eius absolutam, sed congruitatis, aut decentiæ, quia non erat congrum ibi miracula facere. Eiusdem Marci 7. *Et ingressus Domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.* Super quod ipse Lyra: non potuit latere dicit esse idem, quod non fuit congruum Medicum latere infirmos. Pro Patribus sufficiant Augustinus Ser. Vigil. Epiph. *Virgo sola*, inquit, *vulneri nostro medicinam parari potuit.* S. Leo. Ser. Circuncil. *Aliter ab æternæ mortis vinculis non poteramus absolui, nisi in nostris fieret humilis, qui in suis permanebat omnipotens.* Quæ non de absoluta potentia, sed de ordinaria, vel decentiæ, seu iuxta Dei decretum intelligi valent. Relinquo exempla vulgaria peritorum in Idiomatis videnda apud eundem, quia hæc pro viris Theologis sufficiunt.

115 Sed vt nullus maneat scrupulus, prælaudatus Ludovicus Minorita arguit contra se: non multum laudare Virginem, qui dicit Deum dedisse illi quidquid potuit, si hoc æquivaleat decuit, liquit, aut decrevit: nam idem dici valet de quolibet Sancta, cui Deus dedit, quidquid ab æterno decrevit. Cui respondet, quod licet dicta propositio nudo sumpta nihil amplius significet, ex antecedentibus colligitur excessus in Maria Purissima præ alijs: nam postquam dicit: *dedit quidquid potuit* subiungit in parentesi: *potuit autem multa*, inter quæ est præservatio ab originali, quod nullus Sanctorum obtinuit. Et adaptando solutionem nostræ propositioni, est ornatus ille sponsæ; & Matris Dei carens omni macula, & nævo, & compositus omnibus gratijs, & donis dignis talis Sponsæ, & Matris, quæ ibi, & in tota Historia exprimit Serva Dei: in qua non diminutam stitisse insimulavit præfationis Author, sed nimis excessisse; & cognoscitur excessus præ alijs, quia cum solum dederit ei omnia, quæ decebant, & decreverat; hæc fuerunt tam sublimia, & ascenderint ad altitudinem tantam, quod sint quidquid non est esse Dei, vt dicit scriptrix, & SS. Patres passim proclamant. Videantur in nota 25. prioris partis, §. 3. & in apparatu toto nostri Defensorij à n. 83.

116 Hæc sunt in summa, quæ prædictus Carvajal respondit pro sua propositione, & argumento quarto supra transcripto: hæc sunt, quæ probavit facultas Parisiensis, necnon Complutensis Vniversitatis, vt patet ibidem; & quidem iustè, nam est propositio, quæ in Sanctis Patribus passim, vel formalis, vel æquivalens reperitur. Angelicus Doctor 1. p. q. 27. art. 6. dicit: *Humanitas Verbi, vt vnita Verbo, & B. Virgo ex eo, quod ex Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam, & ex hac parte non potest aliquid fieri melius ipsis.* Seraphicus Ser. 2. de Maria Virg. *Summum omnium bonorum ascendit culmen, vt creatura ali-*

qua non vnita Verbo, nec perfectior, nec capatior sit maioris boni. Nunquid vero creatura capax est totius boni, quod Deus illi dare potest? Deus igitur dedit Matri suæ, quidquid potuit; si plus altera creatura capere non valuit. Idem in Speculo cap. 8. *Virgo est Mater Dei, quæ maiorem Deus facere non potuit. Maiorem mundum Deus facere potest, maius Cœlum, non maiorem Matrem.* S. Bernardinus t. 1. Ser. 61. *Tanta Virgini data est gratia, quantum vni creaturæ dare est possibile.... individuum nobilius omnibus individuis, quæ in natura humana fuerunt, aut possunt, aut poterunt generari.* S. Anselmus de excell. Virg. *Rogamus te Domina per ipsam gratiam, qua te pius, & Omnipotens Deus sic exaltavit, & omnia tibi possibilia esse donavit.* S. Laurentius Iustinianus de casto connubio cap. 9. *Quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid meriti, quidquid gratiæ, quidquid gloriæ, totum fuit in Maria.* Si Sanctos Patres immunes relinquitis à vestra censura, relinquite Matrem de Agreda, quæ dicit de sua Divina Magistra, quidquid Patres dixerant priores ipsa.



ARTICVLVS VNDECIMVS.

SVPER ARTICVLVM VNDECIMVM SENTENTIÆ Deputatorum.

Pag. 278. n. 252. *Semel, & iterum fateor ex vi veritatis, & lucis, in quibus agnosco hæc ineffabilia mysteria, omnia privilegia, gratias, prærogativas, favores, & dona Sanctissimæ Mariæ, etiam in eis inclusa Dei Maternitate (secundum quod, & provt mihi manifestatur) omnia pendere, & suam trahere originem ab eo, quod fuerit Immaculata, & in sua Conceptione purissima plena gratiæ, taliter, quod absque favore isto viderentur omnia informia, & diminuta, & veluti ædificium magnificum sine solido, & proportionato fundamento.*

CENSVRA.

Hæc doctrina, quæ dogmata de Sanctissima Virgine ad fidem Catholicam pertinentia, vt Maternitatem, & perpetuam eius virginitatem pendere facit à sententia, quæ de Fide Catholica non est: falsa est, temeraria, & fidem in Concilijs stabilitam infirmans.

IMPUGNATIO DEPUTATORUM PER DOCTORES Parisienses.

117 Vt in iustitiam censuræ Deputatorum ostendamus, incipimus ab eadem Schola, & suis Doctoribus impugnationem. P. Ludovicus Carvajal articulo præcedenti laudatus in suo libello dicto *Declamatio* cap. 8. statuit, quod gratia data Virgini in sua Conceptione fuit basis fœlicitatis eiusdem. Et vrgentissime probat toto illo capite, & in Indice litt. G. dicitur: *Gratia sanctificans, seu charitas data B. Virgini in primo instanti vnionis animæ cum corpore est fundamentum omnis fœlicitatis in eadem subsecutæ, & citatur fol.*470. *col.* 1. §. *Illud* quod est caput 8. dictum. Hanc doctrinam Sacra Facultas Parisiensis approbavit sub illo decreto posito à nobis n. 108. Vt Catholicam, vtilem, & dignam impressionis. Componant Deputati hanc censuram, cum sua præscripta. R. P. de la Columbiere 1. p. Ser. de Immaculata Conceptione, sumit in argumentum, & probat Catholicè gratiam Conceptionis Virginis Sanctissimæ esse maximum omnium, quæ deinceps sunt ei collata. 2. p. esse fundamentum, & origem cæterarum omnium gratiarum. Contio ista typis excusa reperitur, minimè subiecta aliqua Facultatis censura; nec posset, quia destrueret congruentiæ rationes, quibus plures dictæ Facultatis Doctores mysterium pro viribus defendunt. Quomodo ergo Deputati in sua asserta censura convellunt suos ante signanos Doctores, si stat contra nostram Venerabilem Abbatissam?

IMPUGNATIONES EX NOTA 24.

118 DEputati noluerunt videre Notam 24. indicatam in margine: si enim vidissent, comprehendissent sensum propositionis, & mentem eius Authoris, & solutiones, quæ omnem superant difficultatem, in qua demonstratur: primo ipsam non assere Conceptionem Purissimam absolutè esse fundamentum Divinæ Maternitatis, nam Maternitas absolutè stare posset, etiamsi Maria dulcissima peccatum originale contraxisset, potuit enim Deus Matrem assumere peccatricem, qui potuit Matrem habere irrationalem: Unde Maternitas in suo esse essentiali, & substantiali à gratia Conceptionis non dependet: quod clarè determinat Serva Dei, dum, 2. p. n. 578. dicit: *Inter aliquas excellenrias, & favores speciaiores Mariæ Purissimæ Primatum tenet Dei Maternitas, quæ fuit cunctarum fundamentum. Secundum est concipi in gratia, &c.* Quod & dixerat 1. p. n. 42. & 55. vbi

ponens decretum creandi Mariam, vt esset Mater Dei, immediatum ad illud vnionis Hypostaticæ, dicit: post determinatas fuisse gratias, & charismata convenientia Maternitati Divinæ, & propter illam, & sic hæc illarum fuit fundamentum, non Conceptio Maternitatis. Quod comprobant Sancti Patres ibi adducti, & relati §. 1.

119 Sed cum etiam sint Patres, qui dicunt Maternitatē Sanctissimæ Mariæ esse propter eius Excellētissimas gratias, & Conceptionem Immaculatam respicere, ab illaque dependere, prout hic etiam dicit Serva Dei, & quod ab ista originem trahit: Secundo Notatur, supposita cum omni Schola distinctione illa divinorum decretorum in decretū intentivum, & executivum; & quod, quæ sunt priora in intentione, sunt posteriora in executione, & è converso; dicit quod Maternitas Dei est prior, & fundamentū gratiæ Cóceptionis in esse intentivo; in esse vero executivo est prior gratia Conceptionis; & quod optimè stat quod inter hæc possit esse mutua causalitas in diverso genere, quod totum patet §. 2. & exemplis, & doctrinis Scholasticorum ibi videndis, ob quod hic non transcribuntur. 3. quod, etsi in hoc esse executivo omnes gratiæ gratiosissimæ Mariæ, etiam Maternitas, dependeant à gratia Conceptionis, non est absolutè, nec quoad essentiale, & substantiale Maternitatis, sed quoad suam decentiam, decorem, ornatum, & pulchritudinem. Itaque Deus, qui decrevit primo filium suum fieri hominem, secundo voluit habere Matrem. Tertio talem Matrem ornare omni gratia possibili puræ Creaturæ, ascensuræ ad illam supremam dignitatem Matris Dei, ac concipi sine culpa, vel macula; sed quod tale decretum in esse executivo inciperet à carentia peccati, sequeretur plenitudinem gratiæ, & terminaretur in dignitatem supremam Maternitatis Dei, quia *quæ sunt priora in intentione, sunt posteriora in executione.*

120 In hoc sensu Serva Dei decit hic Maternitatem Divinam trahere originem, & principium à gratia Conceptionis, & à concipi sine peccato, sic talis gratia est quasi fundamentum Maternitatis, seu primum quod Divina Omnipotentia posuit in executione huius magnifici ædificij; non absolutè, & simpliciter, nec in intentione. Si enim fabricam Palatij huius sine hoc splendidissimo fundamento incepisset, esset sicut, qui magnificum Palatium inciperet fabricare à luto immundo; sicut qui statuam auream fundaret super pedes fictiles, & sicut, qui structuram præexcellsam super veteris destructionis ruinas inciperet construere prudens, & potens Artifex. Et ne nostris exemplis, etsi naturalibus, & convincentibus confidamus, videatur illud S. Anselmi ad finem notæ 24. ex lib. de Concept. B. Mariæ cap. 6. vbi concludit: *Si fundamentum illius, scilicet initium, seu primordium formationis B. Mariæ, corruptum fuit, ipsi certè constructura non congruebat, nec cohærebat.*

rebat. Dicit quid, Abbatissa de Agreda, amplius in tota hac sua prænotata doctrina? Hoc significat ipsa Serva Dei cum dicit: *Quia sine illo favore omnia apparerent informia, & diminuta, & sicut ædificium sine solido, & proportionato fundamento.*

121 Nec Serua Dei dicit mysteria Sanctissimæ Virginis, quatenus de Fide Catholica sunt, vt Maternitas, & eius perpetua Virginitas pendere à gratia Conceptionis, quia sic solum dependent à Sacra Scriptura, & Ecclesiæ determinatione, sed solum quoad ornatum, decentiam, & congruentiam; nec hoc dixit absolutè, *sed secundum quod, & prout sibi manifestabatur*, quod satis minuit de rigore locutionis: nam vt dicit ipsa: *omnia gratiarum charismata* Mariana *respiciunt cum quodam respectu, & concatenatione puritatem, & innocentiam Conceptionis*. Compara omnia dicta Conceptioni Mariæ, si hæc in peccato fuisset, quantumvis hæc splendidissima forent, & eminentia, semper ad minus haberect denominationē, quod habuerunt principiū, & originem infectū, & obscurum. semper apparerent *sine solido, & proportionato fundamēto*. Nec inficiabunt Deputati, quod aliqua mysteria, quæ de Fide sunt, pēdeant quoad suam decentiam, ornatum, & pulchritudinem ab alijs, de Fide non erant, quando illa erant de Fide, aut modo sunt opiniones probabiles. Corpus Christi Domini esse sub speciebus panis, & vini erat mysterium Fidei, & multis sæculis pependit ad suum ornatum, & pulchritudinem ab illa opinione (nunc iam de Fide) quæ dicebat, fieri ex vi verborum, omnimodam desitionem panis. Ipsa panis desitio est modo de Fide, & pendet ab opinione, si fiat ex rigorosa vi verborum, vel ex alio divino miraculo, seclusa inteilligentia Ecclesiæ. Ipsum mysterium Conceptionis, speciale, & certissimum apud Vniversitatem Parisiensem, quoad suum decorem pendet ab illa opinione, quod Purissima Maria fuit prædestinata ante prævisum Adæ peccatum. Sed & omnia mysteria, etiam quæ sunt de Fide, ipsius Divinæ Dominæ pendent à multis opinionibus, quæ de Fide non sunt quoad suam maiorem decentiam, ornatum, & congruentiam, quas vide in apparatu nostri defensorij n. 272.

QVID SENTIAT CENSVRA COMMENTICIA FACVLtatis Parisiensis in suo Articulo Septimo circa doctrinam relatam?

122 A Adeò exosum fuit semper mysterium hoc Immaculatæ Conceptionis Purissimæ Deiparæ æmulis ipsius, vt modo confisi potentia, & machinis suis, occasione libri huius V. Matris de Agreda, putaverint illud eradicare à cordibus piorum, & abolere

lere ab illa celeberrima Universitate decretum de defendendo illud semper, qui infulas doctoratus Facultatis ascendere prætendit. Decantarunt Triumphum, prius quam ingrederentur certamen, & hoc connatu Deputati in sua sententia omnibus viribus, omnibus vijs, omnibus fraudibus insurrexerunt in mysterium hoc, omnibus Fidelibus iucundissimum, exceptis factiosis. Hoc conamine non relinquerunt in libro propositionem, quæ vel mysterium, vel eius decentissimas circunstantias extolleret, quam non excerperent, & transfigerent iniquissimis censuris. Factiosi in congressibus Sorbonicis accriter dimicarunt; sed cum non sit consilium contra Deum, sic in partem adversam cecidit sors fortunata, vt fuerint causa, licet reluctantes, quod mysterium gloriosius evaserit, & firmius confirmatum sit in illa cellеberrima Universitate. Adeò perculsit animos piorum solum suspitio, quod ad hanc prætensam resolutionem Factiosorum poterat deveniri, vt tota illa Parisiensium Civitas pia commota referatur taliter, quod ad illam sedandam compulsi, & coacti sint Authores illius intenti, promittere se in constructione Censuræ, nomine Facultatis favendæ, apposituros verba, quibus mysterium conceptionis Immaculatæ nomine omnium confiteatur, & firmius confirmetur in societate Sacra Theologiæ Parisiensi. Quando fructum alium non fuisset consecutus liber iste Matris de Agreda, nisi quod fuisset occassio, vt mysterium Immaculatæ Conceptionis, quod iam erat in procinctu exulandi à sua antiqua possessione in illo emporio litterarum Parisiensi, de novo firmius stabiliretur, sufficiebat suæ laudi, & approbationi.

123 Steterunt promissis quantum ad hanc partem, qui censuram nomine facultatis contexerunt, dicentes in suo artic. 7. *Quamvis Facultas Theologiæ Parisiensis tenuerit, & teneat Sanctissimam Virginem fuisse in sua Conceptione à labe originalis peccati præservatam; tamen hæc doctrina, quæ dogmata de Sanctissima Virgine ad Fidem Catholicam pertinentia, vt Maternitatem, & perpetuam Virginitatem, pendere asserit à sententia, quæ de Fide Catholica non est, & ita pendere, vt alioqui fundamentum solidum non haberet, falsa est, temeraria, & Fidem in Concilijs stabilitam infirmans.* Prodijt censura ista, quantum ad confirmationem mysterij Conceptionis Immaculatæ à Facultate, quin potius à tota Civitate Parisiensi descripta per Depetatos, seu Syndicum Facultatis; quantum ad alia à Deputatorum solum officina, vtpotè, quæ in eisdem verbis convenit cum eorum censura, solumque superaddit, *& ita pendere, vt alioquim fundamentum solidum non haberet.* Sed mendatium est Servam Dei ita reduplicativè loqui, sed ad summum, *quod sine hoc favore omnia viderentur, seu apparerent infirmia, & diminuta, & ly viderentur, seu apparerent minuit vocum significationem, & efficaciam assertionis absolutè, & vltra illud, aut sicut ædificium magnificum apparet sine solido fundamento;*

Nam

Nam omnis comparatio claudicat, & minuit. Vim rei affirmatæ. Et illud *proportionato*, quod omisserunt censores, habere fundamentum indicat, licet in apparientia non videretur tam solidum, & proportionatum, sicut cum gratia Conceptionis: & ratio convincit, quia si omnia reperta in Maria Sanctissima sunt puritas, & Sanctitas, & talis, qualis maior sub Deo nequit intelligi, si primum, quod in ea executum est, si initium, seu fundamentum esset peccatum, quæ soliditas, & proportio ad charismata excellentissima eius? Profectò illa, quæ est lucis ad tenebras, & Dei ad Belial. Cætera autem impugnata in Deputatis sunt.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

SVPER DVODECIMVM ARTICVLVM SENTENTIÆ Deputatorum.

PAg 325. n. 290. ***Hic amor emicuit amplius in nocte, quæ texit Ecclesiam in morte Filij sui Sanctissimi, & in Magisterio, quo hæc magna Regina vsa est in principio legis Evangelicæ.***

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & erronea.

MENS AVTHORIS PROPONITVR.

124 SErva Dei Maria à Iesu, dum transcriberet mysterium Conceptionis Immaculatæ, multa alia sibi fuerunt nota, quæ manifestare simul ibi non potuit, quia inverterent ordinem Historiæ, & venustatem, quem Deus servabat in ea: placuit attamen divinæ voluntati, quod ea hominibus patefaceret; vndè eam remisit ad cap. 21. Apocalyp. in quo sub methaphora Civitatis Sanctæ Ierusalem, quam vidit Evangelista Ioannes descendentem de Cœlo à Deo paratam viro suo, quasi commentando litteram dicti capitis multa, & magnifica ex divina revelatione exponit Sacramenta, quæ Purissima Virgo accepit in sua Immaculata Conceptione passiva. Et cum multa tractasset vsque ad vers. 19. vbi dicit Evangelista: Fundamenta muri Civitatis omni lapide pretioso ornata. Describit sub nomine duodecim lapidum pretiosorum, duodecim specialissimas gratias, datas Purissimæ Dominæ in hac sua Immaculata Conceptione, proportio-

natas proprietatibus naturalibus, quæ in ipsis lapidibus preciosissimis reperiuntur.

125 Num. 290. Loquendo de septimo lapide, qui est Chrysolitus, ,, dicit: Lapis hic in suo colore æmulatur aurum splendidum cum ali-,, qua similitudine lucis, aut ignis, quæ amplius cognoscitur in nocte, ,, quam in die. Manifestat in Sanctissima Maria amorem ardentem, ,, quo affecta fuit erga Militantem Ecclesiam, & mysteria eius, & ,, præcipue erga Legem Gratiæ: *Hic amor emicuit amplius in nocte, quæ betexit Ecclesiam in morte Filij sui Sanctissimi; & in Magisterio, quo hæc magna Regina vsa est in principijs Legis Evangelicæ*, & in affectu, quo ,, postulavit eius stabilimentum Sacramentorum ipsius, omnibus coo-,, perando (vt in suis locis indicabo) cum amore ardentissimo, quo ,, salutem humanam prosecuta est: & ipsa sola novit, & dignam po-,, tuit facere æstimationem legis Sanctissimæ Filij sui. Præventa fuit ,, cum amore hoc, & dotata à sua Immaculata Conceptione, vt coad-,, iutrix esset Christi D. N. & ei concessum est speciale privilegium ad ,, consequendum gratiam invocanti se, qua disponatur ad suscipienda ,, Sanctæ Ecclesiæ Sacramenta, cum spirituali fructu, & non fructibus ,, eorum obicem apponat. Hæc sunt rigore litterali Latino, quæ Serva Dei Scripsit Hispanico Idiomate: propositio excerpta; & subiecta censura est, quæ signata manet, sed quam iniustè, tametsi appareat in littera, ostenditur amplius.

CONFIRMATIO HVIVS DOCTRINÆ, ET IMPVGNATIO censuræ.

126 URgentior Censuræ huius impugnatio coalescet ex confirmatione doctrinæ Servæ Dei, quam verberant Deputati, qui non dubitant de toto hoc numero, nec quod ei in sua Immaculata Conceptione sit Purissimæ Virgini communicatus ardientissimus amor, nec speciale privilegium ad consequendam gratiam pro suis devotis ad suscipienda Sacramenta Ecclesiæ; & solum applicant suam Virgam censoriam propositioni illi, in qua dicit: hunc amorem maximè emicuisse in nocte, quam passa est Ecclesia in morte Filij sui Sanctissimi, & in Magisterio, quo vsa est in principijs Legis Evangelicæ. Et quidem, si de prima occasione loquamur, seu quod eius ardentissimus amor, maximè emicuerit in nocte Passionis Filij, miramur, quod viri docti potuerunt impugnare hoc. Nam cum verum sit Divinum Patris amorem maximè eluxisse, ac nimium dici, quia Filium suum pro nobis tradidit in mortem: Iuxta illud Ioann. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: Propter nimiam*

Charitatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit, &c. Purissima Virgo Texte B. Alberto Magno, Bib. Mar. sup. cap. 1 *Est Sacerdos Iustitiæ, qua proprio Filio non pepercit Rom. 8. Sed stabat iuxta Crucem, vt dicit Ioann. 19. non vt solum dolorem consideraret, sed vt salutem humani generis expectaret.* Cui addit. S. Antonin. in Summa, p. 4. tit. 15. cap. 3. *Parata ipsa offerre Filium Deo pro salute mundi.*

127 Iuxta hanc Sanctorum doctrinam lege totam Historiam Passionis Matris de Agreda, & invenies ardentissimum amorem Reginæ nostræ Mariæ Sanctissimæ, maximè etiam eluxisse, ac nimium etiam dici debere, quæ sic ipsa dilexit mundum, vt Filium suum offerret in mortem, non solùm fuit parata, sed de facto obtulit; non solùm obtulit, sed in sua anima omnes eosdem dolores, quos Dulcissimus Iesus substinuit, & ipsa passa est; non solùm passa est in anima, sed eosdem dolores sensibiles, & materiales substinuit in suo Corpore purissimo, cooperatrix, & coadiutrix existens omnium tormentorum Salvatoris: Nec in hoc dubites, namsi S. Franciscus vulnera sensibilia à Christo Domino accepit; si S. Catharina Senen. dolores accepit, & in capite illos, quos Salvator tulit in sua spinea corona; si S. Clara de Montefalco, omnia instrumenta Passionis habuit in corde suo formata ex divina gratia, quid ex eadem Purissima Virgo non pateretur dolores, tormenta, & sensibiliter, quæ pertulit in suo Corpore Sanctissimus Filius? Et, hoc concesso, negabis suum ardentissimum amorem maximè eluxisse in nocte mortis Filij sui? Qua facie? Vel si per noctem istam intelligis illam, quæ operuit Ecclesiam in Sabbato Sancto, absente vero sole, in suo occasu sepulto, vt eius amorem maximè eluxisse cognoscas lege in 2. p. Historiæ, n. 1457. reductionem S. Petri, & aliorum Discipulorum ad amorem sui Magistri, & quæ annuntiant SS. Patres, quod, cum omnium Charitas refriguerit, ipsa sola quasi de nocte totam Ecclesiam illuminavit: vt dicit Idiota 14. p. contemp. contempaltione 17. & alij. passim. Quare dum dictam propositionem ex hac parte transfigunt, & Patres simul transfigunt, & ostendunt pruritum censuræ cæco ducto, & inconsiderata materia.

128 De secunda occasione, hoc est de Magisterio, quo vsa est in principijs Legis Evangelicæ, maximè suum emicuisse vehementissimum amorem, si loquamur, reperies propositionem verissimam esse, Sanctis Patribus conformem, & verè fundatam. Vide, quæ damus in apparatu nostri defensorij n. 35. in Polianthea Mariana verbo *Magistra* in ea S. Thomam à Villanova. S. Antoninum. Dionisium Carth. & alios, in quibus reperies propositionem Servæ Dei esse ipsam Sanctorum Patrum. Referre, quæ de ardentissimo amore in dicto Magisterio primitivæ Ecclesiæ dicit hæc eius fidelissima Discipula; quæ perpessa est pro Fide Catholica deseminanda, & amplianda per orbem

 vni-

vniversum, esset totam transcribere tertiam partem Historiæ; sed ad minus videantur, quæ habet in ea n. 87. 136. 155. 330. 346. 493. 687. 708. & vt vno dicamus verbo; sufficiat scire Dominam Angelorum sæpius se privasse intuitiva visione, & divinæ Essentiæ fruitione, ne suæ deesset Ecclesiæ dilectæ, & vt eam protegeret, defenderet, & erudiret. Verum dicere poterunt cẽsores secundæ censuræ, se nihil dubij in his propositionibus invenire, sed solùm in hac vltima provt in libro Gallico reperitur, quapropter, quid dicant videamus.

QVID CENSVRA FICTO NOMINE FACVLTATIS Parisiensis dicat super hanc doctrinam in suo articulo octavo.

129 SIc proferunt censuram Authores Indiculi secundi circa propositionem assignatam excerptamque à Deputatis: *Hæc propositio, quæ tribuit Sanctissimæ Virgini regimen Ecclesiæ, falsa est, temeraria, & erronea.* Superaddit hæc primæ verba illa: *quæ tribuit Sanctissimæ Virgini regimen Ecclesiæ*; at cum in littera Servæ Dei nihil de regimine dicatur; solum dicit splenduisse amorem Mariæ Purissimæ maximè: *En el Magisterio, que tuvo esta Gran Reyna en los principios de la Lei Evangelica*: quæ verba Hispana non regimen significant vllo modo; sed Magisterium, instructionem, & doctrinam, quam exercuisse Divinam Dominam defendunt SS. Patres, numero præcedenti citati. Quare dubitando, in quo fundari possent censores isti, cum nullum reperissemus in littera Servæ Dei, fundamentum, recurrimus ad Gallicam translationem, & invenimus traductorem loco vocis *en el Magisterio Gouvernement* Gallicum apposuisse, quod latinè traductum regimen videtur significare. Hoc est fundamentum censuræ, quod Deputati prius indicare noluerunt, ne ex sua infirmitate subito ruere videretur. In primis constat manifestè errorem hunc, si talis est, non esse mulieris illius, quæ Historiam contexuit, sed traductoris; quare Iudices, qui vno peccante, sententiam ferunt in alte[illegible] immunem à delicto, propter quod fertur, iniusti censeri deben[illegible]iosi, si cognoverunt; & magis, si noluerunt cognoscere, [illegible]nt, vt bene agerent.

130 Deinde vox Gallica *gouve*[illegible] nis, non est determinata solum ad [illegible] sed regimen significat, vel Magisteri[illegible] colligitur, quid determina[illegible] vertisset, si pro *Magist*[illegible] *nement*. Cum in to[illegible]

ret regimen, exercitium poteſtatis, iuriſdictionis, ſeu authoritatis, non præſumpſit vocem illam tam prevè eſſe interpretandam, quod eſſet aliquis, quod pro regimine acciperet; ſed quod ipſe non præſumpſit, intellexere Cenſores; ſed ſine fundamento; maximè cum Abbatiſſa dicat tale Magiſterium ſtare incoadiutorioChriſti ad Redemptionem, in deprecatione ad conſequendam gratiam pro ſuſpicientibus Sacramenta, & ad removendos obices pro fructibus illorum impetrandis, & cum nec verbum ponat, quod indicet regimen, poteſtatem, vel iuriſdictionem; fuit ergo fundamentum acceptum, & non datum. Sed quia dicit ſe locuturam de hoc Magiſterio ſuis in locis. Videatur 2.p. n.1505. & 3.n.80. 82. 85. 89. 91. & totum cap.6. & 7. lib. 7. & alibi ſæpe. Putaſſe facit ſuſpicari Cenſores ſubito eſſe credendos, & ſtomachaturos Curiam Romanam, ſi perſuaſiſſent, ſcriptricem hanc aſſerere, Beatiſsimam Mariam tenuiſſe Primatum Petri, & Authoritatem, & ſupremam poteſtatem capitis Eccleſiæ Vniverſalis. At nullus melius ea Authoritatem Supremam D. Petri, Summi Pontificis, & Chriſti Vicarij defendit, colit, & veneratur, ad quod remittimus Lectorem ad Hiſtoriam præcipue ad 2. p. n.1458.1491.1505. ad 3.n.229.239. 456. 457. 489.496.559.569. vſq. ad 574.730. 734.737. & alibi. Imo puto Servam Dei non bene attendi à Pariſienſibus, quia tam bene ſentit de Petro, & ſucceſſoribus.

ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVPER DECIMVMTERTIVM ARTICVLVM SENtentiæ Deputatorum.

Pag. 337. n. 301. Ipſa ſiquidem Regina, ac Domina dicit deſcendere per ſe Regnare Reges, imperare Principes, & Potentes iuſta decernere.

CENSVRA.

Cum ſolus ſpiritus Dei locutus fuerit per Scripturas. [illegible] inducit Sanctiſ[illegible] Virginem dicentem de ſe, [illegible] n 8. p[illegible]nt, &c. falſa eſt, temeraria, & [illegible] ia.

[illegible] *AVTHORIS.*

P[illegible] a Dei Mariæ à Ieſu de Agreda [illegible] Conceptionis Immaculatæ [illegible] De-

Purissimæ cum textu capitis 21. Apocalypsis, in quo sub dicta metaphora Civitatis Dei descendentis de Cœlo, seu de mente Divina, incidens in illud, vers. 24. *Et Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam*: dignè ponderat, quam fœlices essent Reges, ac Principes, si omnem suam vitam, honorem, divitias, virium suarum, ac Regnorum potentiam impenderent in defensione Civitatis huius; in dilatanda gloria, & in eius nomine per Ecclesiam magnificando contra Infideles, & Hæreticos: *Cum intimo dolore stupesco*, inquit, *de Principibus Catholicis, qui non invigilant obligare, & invocare Dominam istam, vt in periculis, quæ in Principibus graviora sunt, habeant asylum, & protectionem, intervertricem, & advocatam: etsi pericula in Regibus, & Potentatibus maiora sunt, revocent in memoriam suam obligationem, non esse ad minorem gratitudinem; siquidem hæc ipsa Regina, ac Domina divina dicit de se, per me Reges regnant, &c.* Hæc sunt verba Authoris, & vltima sunt propositio notata per Deputatos, in quibus patet finem ipsius esse commonere Principes Catholicos illos Regnare per Mariæ Sanctissimæ intercessionem, interpellationem, auxilium, & protectionem, vt hac obligatione constricti illam defendant, gloriam magnificent; & sanctum nomen extollant per Ecclesiam Dei, contra infideles, hæreticos ipsius hostes infensos. Quis dubitare valebit Reges, & Principes conservari in eorum solijs per huius Purissimæ Reginæ intercessionẽ? Sufficeret pro hoc stabiliendo axioma illud Sanctorum: *Nihil venit ad nos, nisi per Mariam*, & quod sic omnes Reges confitentur, & prædicant, dicando sua ei Regna, & Provincias, illamque Patronam suam Officio Divino colendo: Deputati non indicant illos dubitare de hoc.

132 Sed quod Abbatissa de Agreda asserat ipsam Dominam dicere de se illud Proverbiorum 8. *Per me Reges regnant, &c.* Et sic ex eorum censura sua ratio deduci valet: solus Spiritus Dei locutus est in scripturis: ergo introducens alium loquentem in scriptura, & Beatissimam Virginem 8. Proverbiorum; asserit falsum, temerarium, & Verbo Dei contrarium. Vel si hanc non recognoscunt, vt propriam rationem, assignent aliam cum terminis, & illatione suæ censuræ, & puto, quod, etsi pessima sit, meliorem non invenient. Circa quam breviter, & obiter noto, quod etsi præsumi possit Servam Dei alludere ad illud 8. Proverb. ipsam hoc expresse non dicit, solum marginator, qui non fuit Serva Dei, vt patet in suo originali, citavit in margine 8. Proverb. vers. 15. & 16. Quod si aliqua inde oriretur difficultas non in Servam Dei refundenda foret, sed in marginatorem de cuius defensione non curamus, sed libenter damus, quod dicit ipsa Serva Dei Mariam Sanctissimam loqui in illis verbis 8. Proverb. *Per me Reges regnant, &c.* Et quod verum est, quod solus Spiritus Sanctus locutus est in Sacris Scripturis, non poterit cum hoc alius introduci

lo-

loquens in scripturis, & ipsa Purissima Virgo? Et tunc quomodo verum illud erit, quod prædicat S. Vincentius Ferrer Serm. de Conceptione: *Virgo Maria in omnibus libris Sacræ Scripturæ, & in omnibus Canticis, imò etiam in singulis versibus directè, vel indirectè est mysticè contenta.* B. Albert. Magn. totam Bibliam reduxit ad Sacratissimam Virginem, & eam loquentem sæpè in ea introducit, similiter Seraphicus Doctor totum Psalterium. Michael Gislerius, Alapide, Martin, Delrio cum alijs Cantica Canticorum. Et Quirinus, Salazar cum pluribus Sanctis ipsum 8. cap. Proverb. vt videri est in tomo speciali circa caput hoc de Sanctissima Deipara.

133 Præterea Sancta Mater Ecclesia ducta assistentia Spiritus Sancti in pluribus Festivitatibus Sanctissimæ Reginæ huius introducit ipsam loquentem de se 8. Proverb. *Ego sapientia habito in consilijs, &c. Et Dominus possedit me, &c.* Et quis loquitur, quando Ecclesiastici 24. dicitur: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & Agnitionis, & Sanctæ Spei?* Respondeat Ecclesia in officio parvo huius Dominæ purissimæ. Respondeat sapientissimus Idiota 4. p. contemp. Ricardus à S. Laurent. lib. 1. de laud. Virginis. Rodulphus Ardens homil. 1. in Nativit. Virg. & plures alij videndi in Polianth. Mariana Verbo *Mater*. Rursus si quia Spiritus Dei solus locutus est per scripturas, alius non potest introduci loquens; nec ipsa Virgo in suo cantico; nec personæ in ea assignatæ, & sic corruit tota Sacra Scriptura: nec poterit loqui iuxta diversos sensus, quos vnanime consensu admittit omnis Ecclesia, & iuxta illos Patres diversas personas loquentes introducunt. Sed audiatur in casu nostro Ernestus Pragen. Archiep. vocans Mariam in Mariali cap. 146. *Principem Principum, quæ dicit Proverb. 8. per me Principes imperant, &c.* Et Ricardus à S. Laurentio lib. 6. *Principem Regum terræ: vnde sicut Filius eius benedictus est Princeps Regum terræ, quia ad eius principatum sanctissimum pertinent illi, qui, vt regnent in Cælo, regnant in terra, & bene regunt se, & suos subditos.* Sed quid immoramur in re tàm perspicua, quàm Syndicus in censura nomine Facultatis agnovit, & recantando censuram hanc, & rationem, dixit, quod, etsi Spiritus Dei solus locutus fuerit per scripturas, potest alius introduci loquens, cum ad minus dicant sapientiam Incarnatam, seu Christum Dominum loqui 8. Proverbiorum iuxta vnanimem SS. Patrum consensum. Quod cogit immediatè videre quid dicat.

***

QVID

QVID CENSVRA LATA NOMINE FACVLTATIS Parisiensis in suo articulo nono super excerptam propositionem?

134 LAbitur in scillam Syndicus Author Indiculi secundi, dum volens corrigere suos commilitones Deputatos, eorumque censuram, transcripta eadem propositione excerpta ex Gallico transumpto, & notato, quod in margine citatur 8. cap. Proverb. vers. 15. & 16. sic fert censuram in illam : *Cum perspicuum sit verba capitis 8. Proverbiorum de sola sapientia Increata, vel Incarnata, iuxta SS. Patrum vnanimem consensum, ad litteram esse intelligendam; & declaraverit Author in libro pag. 61. Deum ad litteram in eo capite de Verbo Incarnato, & Sanctissima eius Matre locutum fuisse: Hæc propositio, quæ inducit Sanctissimam Virginem dicentem de se, quod ipsa dixerit Proverbiorum 8. per me Reges regnant, &c. falsa est, & temeraria.* In qua Magister hic Claudius le Fauvre magis exercitatus in Pallade, quam in Minerva, æquivalenter dixisse infertur; non quia Spiritus Dei solus locutus sit per scripturas. Non potest alius introduci loquens per eas, & sic Beatissima Virgo, nec qui hoc assereret, diceret aliquod falsum, temerarium, & Verbo Dei contrarium; propositio, quæ Virginem Sanctissimam sic loquentem introducit in illo 8. Proverbiorum *per me Reges regnant, &c.* Ex hoc capite nulla censura est digna. Ex alio vero capite meretur censeri falsa, & temeraria, quia opponitur vnanimi consensu SS. Patrum, qui illud 8. Proverbiorum intelligunt solum de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, & Author propositionis dictæ etiam in sensu litterali illam intelligit de Sanctissima Maria Deipara.

135 Hæc censura, & fundamentum eius non directiori graditur via, quam prior: primo concedemus SS. Patres communiter intelligere cap. 8. Proverbiorum de sapientia Increata, vel Incarnata. Sed restrinxisse ad illas solas adhuc in sensu litterali nusquam invenimus, & poterant Authores inter tantam Patrum concordiam vnum adduxisse saltim, qui rem confirmaret. Quis est hic, qui dicit, taliter in sensu litterali intelligenda sunt de his duobus sapientijs, de Matre Sapientiæ Purissima Maria in sensu litterali intelligi non possint? Nec per hoc quod aliquis Pater, Doctor, vel Sacer Interpres, vel omnes simul textum aliquem Sacræ Scripturæ intelligant in sensu litterali de aliquo, negant per hoc præcisse textum illum esse capacem alterius sensus litteralis, & quod litteraliter alius contineatur sub eo, nisi expresse dicant. Nec Sacræ Scripturæ amplitudo constringenda est ad

vnum sensum litteralem, dum alij non repugnent, & Patres negent expresse. Nec est abreviata manus Domini, vt vno sensu litterali manifestato, non posit alium de novo manifestare; Nec exhausti sunt omnes sensus litterales; nec Sancti, & Doctores sequentes sunt peioris conditionis, quam praecedentes, maximè cum saepe sunt plures sensus litterales sub vnico textu, vt affirmat D. Angelicus 1. p. q. 1. art. 10. Abulensis cap. 2. in Matth. Salmeron prologo 8. quibus favent S. Hieronymus ad Paulinum epist. 103. & S. Bernard. Serm. 31. in Cant. & plures alij. Et in dicto huius censurae videtur expresse: nam PP. qui dixerunt caput hoc intelligi de Sapientia Increata in sensu litterali, quin meminissent de Incarnata, non obcluserunt alijs ianuam, vt de hac etiam intelligerent litteraliter.

136 Sed veniat S. Augustinus, imponat manum suam ori censorum horum, & sua humili modestia illorum censuram retundat. Libro igitur confession. cap. 31. loquendo de varijs sensibus litteralibus, à diversis Doctoribus inventis in scriptura, sic inquit: *Cum alius dixerit hoc sensit* (Sacer Scriptor) *quod ego, & alius imo aliud, quod ego: religiosius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, si vtrumque verum est? Et si quid tertium, et si quid quartum, et si quid omnino aliud verum in his verbis videt quis, cur non omnia vidisse credatur, per quem Deus Sacras Litteras multorum sensibus temperavit. Nolo itaque, Deus meus* (audite Augustinum censores Factiosi) *tam praecepsesse, vt hoc virum illum de te meruisse non credam. Sensit ille omnino in his verbis, atque cogitavit, quidquid hic vere potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, & tamen in eis inveniri potest. Postremò Domine, qui Deus est, & non caro, & sanguis, si quid homo minus videt* (in Scriptura) *numquid, & Spiritum Sanctum latere potuit quidquid eras in eis verbis revelaturus sequentibus, etiamsi ille, per quem dicta sunt, vnam fortasis ex multis veris sententiam excogitaverit?* Cum hac vnica sententia comprobatur, quod etsi Patres vnanimi consensu dixerint verba illa capitis 8. intelligenda esse de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, non impediat, quod posit Deus alium sensum litteralem revelare alicui servo, vel Ancillae suae, maximè, si quod dicitur de novo, verum sit, nec opponatur alijs dictis Sanctorum, ac veritati consonet, vt patet in dictis hucusque Abbatissae de Agreda.

137 Haec, quae dicta manent, satis indicant propositionem Authoris firmam permanere, etiam si ipsa asseruisset capud illud 8. Proverbiorum intelligi litteraliter de Purissima Virgine, & consequenter ruit censura asignata à Syndico nomine Sacrae Facultatis Parisiensis. Sed multo fortius asignando scriptricem non dixisse talia verba *per me Reges regnant, &c.* esse intelligenda in sensu litterali de ista Sanctissima Domina, quod vt pateat retrò redire necesse est ad paginam 61.

ad quam nos remittunt censores, & ad n. 54. Historiæ, qui illi paginæ correspondet. Serva Dei n. 52. asserit se remissam ad caput 8. Proviorum, vt explicaret ordinem Decretorum divinorum in determinatione rerum futurarum. N. 53. ponit litteram capitis dicti non totam, sed à versiculo 22. vsque ad 32. N. 54. dicit litteram capitis à se transcriptam litteraliter intelligi de Christo Domino, eiusque Sanctissima Matre: vnde versiculos 15. & 16. qui modo hic citantur in margine, Serva Dei non tangit, & consequenter non dicit illos esse intelligendos litteraliter de Deipara Sanctissima: Nam non valet argumentum: dicit aliquis verba determinata alicuius capitis Sacræ Scripturæ intelliguntur litteraliter de aliquo: ergo dicit etiam (etiamsi expresse non ponat, nec de illa loquatur) aliam partem dicti capitis antecedentem, vel sequentem intelligendam esse de eodem iuxta sensum litteralem. Et ratio est clara, nam multoties in vno capite scripturæ ad litteram fit Sermo de multis, & de vno versu ad alium mutatur sensus, & obiectum Scriptoris, & Authoris. Exemplum est in capite 6. Ioan. Vbi Christus D. iam loquitur de pane Eucharistico, iam de pane, qui est Verbum Dei. Et signum videtur expressum, nec Spiritum Sanctum, nec Ancillam suam voluisse comprehendere Sacratissimam Virginem in sensu litterali, quando non fuerunt locuti de versibus istis, sed incœperunt à versu 22. relictis alijs antecedentibus.

138. Sed vt hæc magis elucescant, indicare libet breviter intelligentiam dicti capitis, iuxta Sanctorum interpretationem. Isti enim, vt patet in Biblia maxima in principio capitis, dividunt illud in tres partes. Primam, à primo versu vsque ad 22. dicunt agere de sapientia vt sic, vt præscindit à creata, & Increata, & Incarnata: ergo cum prædicti versus 15. & 16. intra 22. contineantur, secundum communem SS. Interpretum sensum, videtur falsum dici intelligi iuxta illos de sapientia Increata, & Incarnata sola, sed nec de ipsis iuxta tenorem Litteræ. Pater Quirinus Salazar agens de Purissima Conceptione in expositione capitis huius vers. 123. n. 1. sic inquit: *Vt capitis octavi luculentior sit interpretatio, pauca in eius auspicio prælibare oportet, ex quibus illius intelligentia suspenditur. Primo igitur notandum est totum istud caput, Ecclesiæ, & Patrum veteri vsu, Virgini Deiparæ accommodari solitum, quapropter cum aliquid de eius laudibus acciderit, post alias expositiones subijciam*. Et postquam id præstitisset in omnibus alijs vsque ad vers. 15. & 16. hos sic applicat, & convenire probat ipsi Sanctissimæ Reginæ: *Si enim vniversam Genealogiam Mariæ, à Matheo, & Luca conscriptam contemplemur, ex Mariæ Maioribus multi Reges, Dynastæ, Duces, ac Iudices fuerunt; omnes autem per Virginem Regnum, & potestatem adepti sunt. Per illam, in quam, regnarunt; ideo enim, illis Deus Regnum, & potestatem detulit, quia ex eorum genere Virgo originem*

ducta-

ductura erat, ex qua carnem ipsa induere decreverat. Litteralis est interpretatio ista, & in Patribus fundata, quæ destruit particulam illam *sola* censuræ secundæ, & confirmat, quod iuxta litteram posit etiam de alio intelligi, nempè de Matre vtriusque sapientiæ.

139 *Haud displicet hæc interpretatio* (prosequitur Author iste) *sed tamen verba illa suadent, vt de Virginis dignitate Regia super omnes alios Reges, & Principes, pauca asseramus.* Et prosequens adaptare talia verba Purissimæ Reginæ, cum multis Patribus concludit n. 135. *Vnde meritò à D. Ildefonso Ser. 3. de Assump. Regina Regum prædicatur, à Ruperto vbi supra Regina Regnorum. Ex quo etiam fit, vt sicut Filio pronunciare licet illa verba: per me Reges regnant, &c. sit etiam Matri æquum sit eadem vsurpare sub eodem sensu.* Perpende verba hæc, & sive Ven. Abbatissa de Agreda introducat Sanctissimam Virginem loquentem de se in sensu litterali, seu in alio sensu, reperies omninò censuram in subsistentem, & falsitatem illius clausulæ: *Cum perspicuum sit, &c.* doctrinamque Servæ Dei esse veram, & conformen communi consensui Sanctorum Patrum. Sed videant tàm Deputati, quàm Syndicus, ne involuantur inter illos, quos prædictus Author dicit in n. 9. *Sthomacantur solum hæretici, quod caput hoc ab Ecclesia Purissimæ Virgini accommodetur; inter quos Lutherus in postilla circa enarrationem Epistolæ de Festo Nativitatis Virginis Mariæ, sic dicens: coacte, & Epistolam huc conferunt, quæ divinæ sapientiæ tantum competit, ipsi videlicet Christo: hic enim ante sæcula fuit, in quo omnia condita sunt. Quod autem Mariæ Deiparæ hoc tribuitur, merum mendatium, & in Deum blasphemia est. Similiter passim docent hæretici nostri temporis, & probrijs innumeris ob hanc vnam causam cumulant Ecclesiam.* Quid quod Mater de Agreda eisdem cumuletur ob hanc vnam causam, si habet partem in hoc cum Sancta Matre Ecclesia, licet à Viris Catholico nomine decoratis, sed passione præcipiti acti.

ARTICVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVPER ARTICVLVM QVARTVM DECIMVM Deputatorum.

PAg. 372. n. 330. *Altissimi potens Brachium incæpit operari mirabilia nova super Spheram Captus humani, & primum fuit, ac stupendum, mittere Angelos innumeros, vt Matrem electam Æterni Verbi deducerent in Cælum Empyreum in corpore, & anima, ad id, quod Dominus disponebat. Sancti Principes præceptum hoc executioni mandarunt, & assumentes e brachijs S. Annæ Genitricis Mariæ Infantem ipsam ordina-*

lere ab illa celeberrima Universitate decretum de defendendo illud semper, qui insulas doctoratus Facultatis ascendere prætendit. Decantarunt Triumphum, prius quam ingrederentur certamen, & hoc connatu Deputati in sua sententia omnibus viribus, omnibus vijs, omnibus fraudibus insurrexerunt in mysterium hoc, omnibus Fidelibus iucundissimum, exceptis factiosis. Hoc conamine non relinquerunt in libro propositionem, quæ vel mysterium, vel eius decentissimas circunstantias extolleret, quam non excerperent, & transfigerent iniquissimis censuris. Factiosi in congressibus Sorbonicis accriter dimicarunt; sed cum non sit consilium contra Deum, sic in partem adversam cecidit sors fortunata, vt fuerint causa, licet reluctantes, quod mysterium gloriosius evaserit, & firmius confirmatum sit in illa cellеberrima Universitate. Adeò perculsit animos piorum solum suspitio, quod ad hanc prætensam resolutionem Factiosorum poterat deveniri, vt tota illa Parisiensium Civitas pia commota referatur taliter, quod ad illam sedandam compulsi, & coacti sint Authores illius intenti, promittere se in consttuctione Censuræ, nomine Facultatis favendæ, apposituros verba, quibus mysterium conceptionis Immaculatæ nomine omnium confiteatur, & firmius confirmetur in societate Sacra Theologiæ Parisiensi. Quando fructum alium non fuisset consecutus liber iste Matris de Agreda, nisi quod fuisset occassio, vt mysterium Immaculatæ Conceptionis, quod iam erat in procinctu exulandi à sua antiqua possessione in illo emporio litterarum Parisiensi, de novo firmius stabiliretur, sufficiebat suæ laudi, & approbationi.

123 Steterunt promissis quantum ad hanc partem, qui censuram nomine facultatis contexerunt, dicentes in suo artic. 7. *Quamvis Facultas Theologiæ Parisiensis tenuerit, & teneat Sanctissimam Virginem fuisse in sua Conceptione à labe originalis peccati præservatam; tamen hæc doctrina, quæ dogmata de Sanctissima Virgine ad Fidem Catholicam pertinentia, vt Maternitatem, & perpetuam Virginitatem, pendere asserit à sententia, quæ de Fide Catholica non est, & ita pendere, vt alioqui fundamentum solidum non haberet, falsa est, temeraria, & Fidem in Concilijs stabilitam infirmans.* Prodijt censura ista, quantum ad confirmationem mysterij Conceptionis Immaculatæ à Facultate, quin potius à tota Civitate Parisiensi descripta per Depetatos, seu Syndicum Facultatis; quantum ad alia à Deputatorum solum officina, vtpotè, quæ in eisdem verbis convenit cum eorum censura, solumque superaddit, *& ita pendere, vt alioquim fundamentum solidum non haberet.* Sed mendatium est Servam Dei ita reduplicativè loqui, sed ad summum, *quod sine hoc favore omnia viderentur, seu apparerent informia, & diminuta, & ly viderentur, seu apparerent minuit vocum significationem, & efficaciam assertionis absolutè, & vltra illud, aut sicut ædificiunt magnificum apparet sine solido fundamento;*

Nam omnis comparatio claudicat, & minuit. Vim rei affirmatæ. Et illud *proportionato*, quod omiſſerunt cenſores, habere fundamentum indicat, licet in apparientia non videretur tam ſolidum, & proportionatum, ſicut cum gratia Conceptionis: & ratio convincit, quia ſi omnia reperta in Maria Sanctiſsima ſunt puritas, & Sanctitas, & talis, qualis maior ſub Deo nequit intelligi, ſi primum, quod in ea executum eſt, ſi initium, ſeu fundamentum eſſet peccatum, quæ ſoliditas, & proportio ad chariſmata excellentiſsima eius? Profectò illa, quæ eſt lucis ad tenebras, & Dei ad Belial. Cætera autem impugnata in Deputatis ſunt.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

SVPER DVODECIMVM ARTICVLVM SENTENTIÆ Deputatorum.

PAg 325. n. 290. *Hic amor emicuit amplius in nocte, quæ texit Eccleſiam in morte Filij ſui Sanctiſsimi, & in Magiſterio, quo hæc magna Regina vſa eſt in principio legis Evangelicæ.*

CENSVRA.

Hæc propoſitio falſa eſt, temeraria, & erronea.

MENS AVTHORIS PROPONITVR.

124 **S**Erva Dei Maria à Ieſu, dum tranſcriberet myſterium Conceptionis Immaculatæ, multa alia ſibi fuerunt nota, quæ manifeſtare ſimul ibi non potuit, quia inverterent ordinem Hiſtoriæ, & venuſtatem, quem Deus ſervabat in ea: placuit attamen divinæ voluntati, quod ea hominibus patefaceret; vndè eam remiſit ad cap. 21. Apocalyp. in quo ſub methaphora Civitatis Sanctæ Ieruſalem, quam vidit Evangeliſta Ioannes deſcendentem de Cœlo à Deo paratam viro ſuo, quaſi commentando litteram dicti capitis multa, & magnifica ex divina revelatione exponit Sacramenta, quæ Puriſsima Virgo accepit in ſua Immaculata Conceptione paſsiva. Et cum multa tractaſſet vſque ad verſ. 19. vbi dicit Evangeliſta: Fundamenta muri Civitatis omni lapide pretioſo ornata. Deſcribit ſub nomine duodecim lapidum pretioſorum, duodecim ſpecialiſsimas gratias, datas Puriſsimæ Dominæ in hac ſua Immaculata Conceptione, proportio-

natas proprietatibus naturalibus, quæ in ipsis lapidibus preciosissimis reperiuntur.

125 Num. 190. Loquendo de septimo lapide, qui est Chrysolitus, ,, dicit: Lapis hic in suo colore æmulatur aurum splendidum cum ali- ,, qua similitudine lucis, aut ignis, quæ amplius cognoscitur in nocte, ,, quam in die. Manifestat in Sanctissima Maria amorem ardentem, ,, quo affecta fuit erga Militantem Ecclesiam, & mysteria eius, & ,, præcipue erga Legem Gratiæ: *Hic amor emicuit amplius in nocte, quæ betexit Ecclesiam in morte Filij sui Sanctissimi; & in Magisterio, quo hæc magna Regina vsa est in principijs Legis Evangelicæ*, & in affectu, quo ,, postulavit eius stabilimentum Sacramentorum ipsius, omnibus coo- ,, perando (vt in suis locis indicabo) cum amore ardentissimo, quo ,, salutem humanam prosecuta est: & ipsa sola novit, & dignam po- ,, tuit facere æstimationem legis Sanctissimæ Filij sui. Præventa fuit ,, cum amore hoc, & dotata à sua Immaculata Conceptione, vt coad- ,, iutrix esset Christi D. N. & ei concessum est speciale privilegium ad ,, consequendum gratiam invocanti se, qua disponatur ad suscipienda ,, Sanctæ Ecclesiæ Sacramenta, cum spirituali fructu, & non fructibus ,, eorum obicem apponat. Hæc sunt rigore litterali Latino, quæ Serva Dei Scripsit Hispanico Idiomate: propositio excerpta, & subiecta censura est, quæ signata manet, sed quam iniustè, tametsi appareat in littera, ostenditur amplius.

CONFIRMATIO HVIVS DOCTRINÆ, ET IMPVGNATIO censuræ.

126 URgentior Censuræ huius impugnatio coalescet ex confirmatione doctrinæ Servæ Dei, quam verberant Deputati, qui non dubitant de toto hoc numero, nec quod ei in sua Immaculata Conceptione sit Purissimæ Virgini communicatus ardientissimus amor, nec speciale privilegium ad consequendam gratiam pro suis devotis ad suscipienda Sacramenta Ecclesiæ; & solum appli- cant suam Virgam censoriam propositioni illi, in qua dicit: hunc amorem maximè emicuisse in nocte, quam passa est Ecclesia in morte Filij sui Sanctissimi, & in Magisterio, quo vsa est in principijs Legis Evangelicæ. Et quidem, si de prima occasione loquamur, seu quod eius ardentissimus amor, maximè emicuerit in nocte Passionis Filij, miramur, quod viri docti potuerunt impugnare hoc. Nam cum verum sit Divinum Patris amorem maximè eluxisse, ac nimium dici, quia Filium suum pro nobis tradidit in mortem: Iuxta illud Ioann. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: Propter nimiam*

Charitatem suam, qua dilexit nos Deus, Filium suum misit, &c. Purissima Virgo Texte B. Alberto Magno, Bib. Mar. sup. cant. 5 *Est Sacerdos Iustitiæ, qua proprio Filio non pepercit Rom. 8. Sed stabat iuxta Crucem, vt dicit Ioann. 19. non vt solum dolorem consideraret, sed vt salutem humani generis expectaret.* Cui addit. S. Antonin. in Summa, p. 4. tit. 15. cap. 3. *Parata ipsa offerre Filium Deo pro salute mundi.*

127 Iuxta hanc Sanctorum doctrinam lege totam Historiam Passionis Matris de Agreda, & invenies ardentissimum amorem Reginæ nostræ Mariæ Sanctissimæ, maximè etiam eluxisse, ac nimium etiam dici debere, quæ sic ipsa dilexit mundum, vt Filium suum offerret in mortem, non solùm fuit parata, sed de facto obtulit; non solùm obtulit, sed in sua anima omnes eosdem dolores, quos Dulcissimus Iesus substinuit, & ipsa passa est; non solùm passa est in anima, sed eosdem dolores sensibiles, & materiales substinuit in suo Corpore purissimo; cooperatrix, & coadiutrix existens omnium tormentorum Salvatoris: Nec in hoc dubites, namsi S. Franciscus vulnera sensibilia à Christo Domino accepit; si S. Catharina Senen. dolores accepit, & in capite illos, quos Salvator tulit in sua spinea corona; si S. Clara de Montefalco, omnia instrumenta Passionis habuit in corde suo formata ex divina gratia, quid ex eadem Purissima Virgo non pateretur dolores, tormenta, & sensibiliter, quæ pertulit in suo Corpore Sanctissimus Filius? Et, hoc concesso, negabis suum ardentissimum amorem maximè eluxisse in nocte mortis Filij sui? Qua facie? Vel si per noctem istam intelligis illam, quæ operuit Ecclesiam in Sabbato Sancto, absente vero sole, in suo occasu sepulto, vt eius amorem maximè eluxisse cognoscas lege in 2. p. Historiæ, n. 1457. reductionem S. Petri, & aliorum Discipulorum ad amorem sui Magistri, & quæ annuntiant SS. Patres, quod, cum omnium Charitas refriguerit, ipsa sola quasi de nocte totam Ecclesiam illuminavit: vt dicit Idiota 14. p. contemp. contempaltione 17. & alij. passim. Quare dum dictam propositionem ex hac parte transfigunt, & Patres simul transfigunt, & ostendunt pruritum censuræ cæco ducto, & inconsiderata materia.

128 De secunda occasione, hoc est de Magisterio, quo vsa est in principijs Legis Evangelicæ, maximè suum emicuisse vehementissimum amorem, si loquamur, reperies propositionem verissimam esse, Sanctis Patribus conformem, & verè fundatam. Vide, quæ damus in apparatu nostri defensorij n. 35. in Polianthea Mariana verbo *Magistra* in ea S. Thomam à Villanova. S. Antoninum. Dionisium Carth. & alios, in quibus reperies propositionem Servæ Dei esse ipsam Sanctorum Patrum. Referre, quæ de ardentissimo amore in dicto Magisterio primitivæ Ecclesiæ dicit hæc eius fidelissima Discipula; quæ perpessa est pro Fide Catholica deseminanda, & amplianda per orbem

 vni-

vniversum, esset totam transcribere tertiam partem Historiæ; sed ad minus videantur, quæ habet in ea n. 87. 136. 155. 330. 346. 493. 687. 708. & vt vno dicamus verbo; sufficiat scire Dominam Angelorum sæpius se privasse intuitiva visione, & divinæ Essentiæ fruitione, ne suæ deesset Ecclesiæ dilectæ, & vt eam protegeret, defenderet, & erudiret. Verum dicere poterunt cẽsores secundæ censuræ, se nihil dubij in his propositionibus invenire, sed solùm in hac vltima provt in libro Gallico reperitur, quapropter, quid dicant videamus.

QVID CENSVRA FICTO NOMINE FACVLTATIS Parisiensis dicat super hanc doctrinam in suo articulo octavo.

129 SIc proferunt censuram Authores Indiculi secundi circa propositionem assignatam excerptamque à Deputatis: *Hæc propositio, quæ tribuit Sanctissimæ Virgini regimen Ecclesiæ, falsa est, temeraria, & erronea.* Superaddit hæc primæ verba illa: *quæ tribuit Sanctissimæ Virgini regimen Ecclesiæ;* at cum in littera Servæ Dei nihil de regimine dicatur; solum dicit splenduisse amorem Mariæ Purissimæ maximè: *En el Magisterio, que tuvo esta Gran Reyna en los principios de la Lei Evangelica*: quæ verba Hispana non regimen significant vllo modo; sed Magisterium, instructionem, & doctrinam, quam exercuisse Divinam Dominam defendunt SS. Patres, numero præcedenti citati. Quare dubitando, in quo fundari possent censores isti, cum nullum reperissemus in littera Servæ Dei, fundamentum, recurrimus ad Gallicam translationem, & invenimus traductorem loco vocis *en el Magisterio Gouvernement* Gallicum apposuisse, quod latinè traductum regimen videtur significare. Hoc est fundamentum censuræ, quod Deputati prius indicare noluerunt, ne ex sua infirmitate subito ruere videretur. In primis constat manifestè errorem hunc, si talis est, non esse mulieris illius, quæ Historiam contexuit, sed traductoris; quare Iudices, qui vno peccante, sententiam ferunt in alterum immunem à delicto, propter quod fertur, iniusti censeri debent, & malitiosi, si cognoverunt; & magis, si noluerunt cognoscere, cum possent, vt bene agerent.

130 Deinde vox Gallica *gouvernement* attentis dictionarijs latinis, non est determinata solum ad significandum regimen; sed vel regimen significat, vel Magisterium; quare cum apponitur, ex contextu colligitur, quid determinatè significet. Interpres Gallus, licet aptius vertisset, si pro *Magisterio* posuisset vocem *Mantemet*, quam *Gouvernement*. Cum in toto textu scriptricis nihil invenisset, quod odora-

ret regimen, exercitium poteſtatis, iuriſdictionis, ſeu authoritatis, non præſumpſit vocem illam tam prevè eſſe interpretandam, quod eſſet aliquis, quod pro regimine acciperet; ſed quod ipſe non præſumpſit, intellexere Cenſores; ſed ſine fundamento; maximè cum Abbatiſſa dicat tale Magiſterium ſtare incoadiutorioChriſti ad Redemptionem, in deprecatione ad conſequendam gratiam pro ſuſpicientibus Sacramenta, & ad removendos obices pro fructibus illorum impetrandis, & cum nec verbum ponat, quod indicet regimen, poteſtatem, vel iuriſdictionem; fuit ergo fundamentum acceptum, & non datum. Sed quia dicit ſe locuturam de hoc Magiſterio ſuis in locis. Videatur 2.p. n.1505. & 3.n.80. 82. 85. 89. 91. & totum cap.6. & 7. lib. 7. & alibi ſæpe. Putaſſe facit ſuſpicari Cenſores ſubito eſſe credendos, & ſtomachaturos Curiam Romanam, ſi perſuaſiſſent, ſcriptricem hanc aſſerere, Beatiſsimam Mariam tenuiſſe Primatum Petri, & Authoritatem, & ſupremam poteſtatem capitis Eccleſiæ Vniverſalis. At nullus melius ea Authoritatem Supremam D. Petri, Summi Pontificis, & Chriſti Vicarij defendit, colit, & veneratur, ad quod remittimus Lectorem ad Hiſtoriam præcipue ad 2. p. n.1458.1491.1505. ad 3.n.229. 239. 456. 457. 489.496.559.569. vſq. ad 574.730. 734.737. & alibi. Imo puto Servam Dei non bene attendi à Pariſienſibus, quia tam bene ſentit de Petro, & ſucceſſoribus.

ARTICVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVPER DECIMVMTERTIVM ARTICVLVM Sententiæ Deputatorum.

PAg. 337. n. 301. *Ipſa ſiquidem Regina, ac Domina dicit deſemet: per ſe Regnare Reges, imperare Principes, & Potentes iuſta decernere.*

CENSVRA.

Cum ſolus Spiritus Dei locutus fuerit per Scripturas. Hæc propoſitio, quæ inducit Sanctiſsimam Virginem dicentem de ſe, quod ipſa dixerit Proverbiorum 8. per me Reges regnant, &c. falſa eſt, temeraria, & Verbo Dei contraria.

MENS AVTHORIS.

231 PRoſequens Serva Dei Maria à Ieſu de Agreda manifeſtare Myſteria Conceptionis Immaculatæ Deiparæ

Pu-

Purissimæ cum textu capitis 21. Apocalypsis, in quo sub dicta metaphora Civitatis Dei descendentis de Cœlo, seu de mente Divina, incidens in illud, vers. 24. *Et Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam*: dignè ponderat, quam fœlices essent Reges, ac Principes, si omnem suam vitam, honorem, divitias, virium suarum, ac Regnorum potentiam impenderent in defensione Civitatis huius; in dilatanda gloria, & in eius nomine per Ecclesiam magnificando contra Infideles, & Hæreticos: *Cum intimo dolore stupesco*, inquit, *de Principibus Catholicis, qui non invigilant obligare, & invocare Dominam istam, vt in periculis, quæ in Principibus graviora sunt, habeant asylum, & protectionem, intervertricem, & advocatam: etsi pericula in Regibus, & Potentatibus maiora sunt, revocent in memoriam suam obligationem, non esse ad minorem gratitudinem; siquidem hæc ipsa Regina, ac Domina divina dicit de se, per me Reges regnant, &c.* Hæc sunt verba Authoris, & vltima sunt propositio notata per Deputatos, in quibus patet finem ipsius esse commonere Principes Catholicos illos Regnare per Mariæ Sanctissimæ intercessionem, interpellationem, auxilium, & protectionem, vt hac obligatione constricti illam defendant, gloriam magnificent; & sanctum nomen extollant per Ecclesiam Dei, contra infideles, hæreticos ipsius hostes infensos. Quis dubitare valebit Reges, & Principes conservari in eorum solijs per huius Purissimæ Reginæ intercessionē? Sufficeret pro hoc stabiliendo axioma illud Sanctorum: *Nihil venit ad nos, nisi per Mariam*, & quod sic omnes Reges confitentur, & prædicant, dicando sua ei Regna, & Provincias, illamque Patronam suam Officio Divino colendo: Deputati non indicant illos dubitare de hoc.

132 Sed quod Abbatissa de Agreda asserat ipsam Dominam dicere de se illud Proverbiorum 8. *Per me Reges regnant, &c.* Et sic ex eorum censura sua ratio deduci valet: solus Spiritus Dei locutus est in scripturis: ergo introducens alium loquentem in scriptura, & Beatissimam Virginem 8. Proverbiorum; asserit falsum, temerarium, & Verbo Dei contrarium. Vel si hanc non recognoscunt, vt propriam rationem, assignent aliam cum terminis, & illatione suæ censuræ, & puto, quod, etsi pessima sit, meliorem non invenient. Circa quam breviter, & obiter noto, quod etsi præsumi possit Servam Dei alludere ad illud 8. Proverb. ipsam hoc expresse non dicit, solum marginator, qui non fuit Serva Dei, vt patet in suo originali, citavit in margine 8. Proverb. vers. 15. & 16. Quod si aliqua inde oriretur difficultas non in Servam Dei refundenda foret, sed in marginatorem de cuius defensione non curamus, sed libenter damus, quod dicit ipsa Serva Dei Mariam Sanctissimam loqui in illis verbis 8. Proverb. *Per me Reges regnant, &c.* Et quod verum est, quod solus Spiritus Sanctus locutus est in Sacris Scripturis, non poterit cum hoc alius introduci

lo-

loquens in ſcripturis, & ipſa Puriſsima Virgo? Et tunc quomodo verum illud erit, quod prædicat S. Vincentius Ferrer Serm. de Conceptione: *Virgo Maria in omnibus libris Sacræ Scripturæ, & in omnibus Canticis, imò etiam in ſingulis verſibus directè, vel indirectè eſt myſticè contenta.* B. Albert. Magn. totam Bibliam reduxit ad Sacratiſsimam Virginem, & eam loquentem ſæpè in ea introducit, ſimiliter Seraphicus Doctor totum Pſalterium. Michaël Gislerius, Alapide, Martin, Delrio cum alijs Cantica Canticorum. Et Quirinus, Salazar cum pluribus Sanctis ipſum 8. cap. Proverb. vt videri eſt in tomo ſpeciali circa caput hoc de Sanctiſsima Deipara.

133 Præterea Sancta Mater Eccleſia ducta aſsiſtentia Spiritus Sancti in pluribus Feſtivitatibus Sanctiſsimæ Reginæ huius introducit ipſam loquentem de ſe 8. Proverb. *Ego ſapientia habito in conſilijs, &c. Et Dominus poſſedit me, &c.* Et quis loquitur, quando Eccleſiaſtici 24. dicitur: *Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & Agnitionis, & Sanctæ Spei?* Reſpondeat Eccleſia in officio parvo huius Dominæ puriſsimæ. Reſpondeat ſapientiſsimus Idiota 4. p. contemp. Ricardus à S. Laurent. lib. 1. de laud. Virginis. Rodulphus Ardens homil. 1. in Nativit. Virg. & plures alij videndi in Polianth. Mariana Verbo *Mater.* Rurſus ſi quia Spiritus Dei ſolus locutus eſt per ſcripturas, alius non poteſt introduci loquens; nec ipſa Virgo in ſuo cantico; nec perſonæ in ea aſsignatæ, & ſic corruit tota Sacra Scriptura: nec poterit loqui iuxta diverſos ſenſus, quos vnanime conſenſu admittit omnis Eccleſia, & iuxta illos Patres diverſas perſonas loquentes introducunt. Sed audiatur in caſu noſtro Erneſtus Pragen. Archiep. vocans Mariam in Mariali cap. 146. *Principem Principum, quæ dicit Proverb. 8. per me Principes imperant, &c.* Et Ricardus à S. Laurentio lib. 6. *Principem Regum terræ: vnde ſicut Filius eius benedictus eſt Princeps Regum terræ, quia ad eius principatum ſanctiſsimum pertinent illi, qui, vt regnent in Cælo, regnant in terra, & bene regunt ſe, & ſuos ſubditos.* Sed quid immoramur in re tàm perſpicua, quàm Syndicus in cenſura nomine Facultatis agnovit, & recantando cenſuram hanc, & rationem, dixit, quod, etſi Spiritus Dei ſolus locutus fuerit per ſcripturas, poteſt alius introduci loquens, cum ad minus dicant ſapientiam Incarnatam, ſeu Chriſtum Dominum loqui 8. Proverbiorum iuxta vnanimem SS. Patrum conſenſum. Quod cogit immediatè videre quid dicat.

***

QVID

QVID CENSVRA LATA NOMINE FACVLTATIS Parisiensis in suo articulo nono super excerptam propositionem?

134 LAbitur in scillam Syndicus Author Indiculi secundi, dum volens corrigere suos commilitones Deputatos, eorumque censuram, transcripta eadem propositione excerpta ex Gallico transumpto, & notato, quod in margine citatur 8. cap. Proverb. vers. 15. & 16. sic fert censuram in illam: *Cum perspicuum sit verba capitis 8. Proverbiorum de sola sapientia Increata, vel Incarnata, iuxta SS. Patrum vnanimem consensum, ad litteram esse intelligendam; & declaraverit Author in libro pag. 61. Deum ad litteram in eo capite de Verbo Incarnato, & Sanctissima eius Matre locutum fuisse: Hæc propositio, quæ inducit Sanctissimam Virginem dicentem de se, quod ipsa dixerit Proverbiorum 8. per me Reges regnant, &c. falsa est, & temeraria.* In qua Magister hic Claudius le Fauvre magis exercitatus in Pallade, quam in Minerva, æquivalenter dixisse infertur: non quia Spiritus Dei solus locutus sit per scripturas. Non potest alius introduci loquens per eas, & sic Beatissima Virgo, nec qui hoc assereret, diceret aliquod falsum, temerarium, & Verbo Dei contrarium; propositio, quæ Virginem Sanctissimam sic loquentem introducit in illo 8. Proverbiorum *per me Reges regnant, &c.* Ex hoc capite nulla censura est digna. Ex alio vero capite meretur censeri falsa, & temeraria, quia opponitur vnanimi consensu SS. Patrum, qui illud 8. Proverbiorum intelligunt solum de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, & Author propositionis dictæ etiam in sensu litterali illam intelligit de Sanctissima Maria Deipara.

135 Hæc censura, & fundamentum eius non directiori graditur via, quam prior: primo concedemus SS. Patres communiter intelligere cap. 8. Proverbiorum de sapientia Increata, vel Incarnata. Sed restrinxisse ad illas solas adhuc in sensu litterali nusquam invenimus, & poterant Authores inter tantam Patrum concordiam vnum adduxisse saltim, qui rem confirmaret. Quis est hic, qui dicit, taliter in sensu litterali intelligenda sunt de his duobus sapientijs, de Matre Sapientiæ Purissima Maria in sensu litterali intelligi non possint? Nec per hoc quod aliquis Pater, Doctor, vel Sacer Interpres, vel omnes simul textum aliquem Sacræ Scripturæ intelligant in sensu litterali de aliquo, negant per hoc præcisse textum illum esse capacem alterius sensus litteralis, & quod litteraliter alius contineatur sub eo, nisi expresse dicant. Nec Sacræ Scripturæ amplitudo constringenda est ad

vnum

vnum sensum litteralem, dum alij non repugnent, & Patres negent expresse. Nec est abreviata manus Domini, vt vno sensu litterali manifestato, non possit alium de novo manifestare; Nec exhausti sunt omnes sensus litterales; nec Sancti, & Doctores sequentes sunt peioris conditionis, quam praecedentes, maximè cum saepe sunt plures sensus litterales sub vnico textu, vt affirmat D. Angelicus 1. p. q. 1. art. 10. Abulensis cap. 2. in Matth. Salmeron prologo 8. quibus favent S. Hieronymus ad Paulinum epist. 103. & S. Bernard. Serm. 31. in Cant. & plures alij. Et in dicto huius censurae videtur expresse: nam PP. qui dixerunt caput hoc intelligi de Sapientia Increata in sensu litterali, quin meminissent de Incarnata, non obcluserunt alijs ianuam, vt de hac etiam intelligerent litteraliter.

136 Sed veniat S. Augustinus, imponat manum suam ori censorum horum, & sua humili modestia illorum censuram retundat. Libro igitur confession. cap. 31. loquendo de varijs sensibus litteralibus, à diversis Doctoribus inventis in scriptura, sic inquit: *Cum alius dixerit hoc sensit* (Sacer Scriptor) *quod ego, & alius imo aliud, quod ego: religiosius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, si vtrumque verum est? Etsi quid tertium, etsi quid quartum, etsi quid omnino aliud verum in his verbis videt quis, cur non omnia vidisse credatur, per quem Deus Sacras Litteras multorum sensibus temperavit. Nolo itaque, Deus meus* (audite Augustinum censores Factiosi) *tam praecepsesse, vt hoc virum illum de te meruisse non credam. Sensit ille omnino in his verbis, atque cogitavit, quidquid hic vere potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, & tamen in eis inveniri potest. Postremò Domine, qui Deus est, & non caro, & sanguis, si quid homo minus videt* (in Scriptura) *nunquid, & Spiritum Sanctum latere potuit quidquid eras in eis verbis revelaturus sequentibus, etiamsi ille, per quem dicta sunt, vnam fortasis ex multis veris sententiam excogitaverit?* Cum hac vnica sententia comprobatur, quod etsi Patres vnanimi consensu dixerint verba illa capitis 8. intelligenda esse de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, non impediat, quod possit Deus alium sensum litteralem revelare alicui servo, vel Ancillae suae, maximè, si quod dicitur de novo, verum sit, nec opponatur alijs dictis Sanctorum, ac veritati consonet, vt patet in dictis hucusque Abbatissae de Agreda.

137 Haec, quae dicta manent, satis indicant propositionem Authoris firmam permanere, etiam si ipsa asseruisset capud illud 8. Proverbiorum intelligi litteraliter de Purissima Virgine, & consequenter ruit censura assignata à Syndico nomine Sacrae Facultatis Parisiensis. Sed multo fortius assignando scriptricem non dixisse talia verba *per me Reges regnant, &c.* esse intelligenda in sensu litterali de ista Sanctissima Domina, quod vt pateat retrò redire necesse est ad paginam 61.

ad quam nos remittunt censores, & ad n. 54. Historiæ, qui illi paginæ correspondet. Serva Dei n. 52. asserit se remissam ad caput 8. Proverbiorum, vt explicaret ordinem Decretorum divinorum in determinatione rerum futurarum. N. 53. ponit litteram capitis dicti non totam, sed à versiculo 22. vsque ad 32. N. 54. dicit litteram capitis à se transcriptam litteraliter intelligi de Christo Domino, eiusque Sanctissima Matre: vnde versiculos 15. & 16. qui modo hic citantur in margine, Serva Dei non tangit, & consequenter non dicit illos esse intelligendos litteraliter de Deipara Sanctissima: Nam non valet argumentum: dicit aliquis verba determinata alicuius capitis Sacræ Scripturæ intelliguntur litteraliter de aliquo: ergo dicit etiam (etiamsi expresse non ponat, nec de illa loquatur) aliam partem dicti capitis antecedentem, vel sequentem intelligendam esse de eodem iuxta sensum litteralem. Et ratio est clara, nam multoties in vno capite scripturæ ad litteram fit Sermo de multis, & de vno versu ad alium mutatur sensus, & obiectum Scriptoris, & Authoris. Exemplum est in capite 6. Ioan. Vbi Christus D. iam loquitur de pane Eucharistico, iam de pane, qui est Verbum Dei. Et signum videtur expressum, nec Spiritum Sanctum, nec Ancillam suam voluisse comprehendere Sacratissimam Virginem in sensu litterali, quando non fuerunt locuti de versibus istis, sed incœperunt à versu 22. relictis alijs antecedentibus.

138. Sed vt hæc magis elucescant, indicare libet breviter intelligentiam dicti capitis iuxta Sanctorum interpretationem. Isti enim, vt patet in Biblia maxima in principio capitis, dividunt illud in tres partes. Primam, à primo versu vsque ad 22. dicunt agere de sapientia vt sic, vt præscindit à creata, & Increata, & Incarnata: ergo cum prædicti versus 15. & 16. intra 22. contineantur, secundum communem SS. Interpretum sensum, videtur falsum dici intelligi iuxta illos de sapientia Increata, & Incarnata sola, sed nec de ipsis iuxta tenorem Litteræ. Pater Quirinus Salazar agens de Purissima Conceptione in expositione capitis huius vers. 23. n. 1. sic inquit: *Vt capitis octavi luculentior sit interpretatio, pauca in eius auspicio prælibare oportet, ex quibus illius intelligentia suspenditur. Primo igitur notandum est totum istud caput, Ecclesiæ, & Patrum veteri vsu, Virgini Deiparæ accommodari solitum, quapropter cum aliquid de eius laudibus acciderit, post alias expositiones subijciam.* Et postquam id præstitisset in omnibus alijs vsque ad vers. 15. & 16. hos sit applicat, & convenire probat ipsi Sanctissimæ Reginæ: *Si enim vniversam Genealogiam Mariæ, à Matheo, & Luca conscriptam contemplemur, ex Mariæ Maioribus multi Reges, Dynastæ, Duces, ac Iudices fuerunt; omnes autem per Virginem Regnum, & potestatem adepti sunt. Per illam, in quam, regnarunt; ideo enim, illis Deus Regnum, & potestatem detulit, quia ex eorum genere Virgo originem*

ducta-

ductura erat, ex qua carnem ipsa induere decreuerat. Litteralis est interpretatio ista, & in Patribus fundata, quæ destruit particulam illam *sola* censuræ secundæ, & confirmat, quod iuxta litteram possit etiam de alio intelligi, nempè de Matre vtriusque sapientiæ.

139 *Haud displicet hæc interpretatio* (prosequitur Author iste) *sed tamen verba illa suadent, vt de Virginis dignitate Regia super omnes alios Reges, & Principes, pauca asseramus.* Et prosequens adaptare talia verba Purissimæ Reginæ, cum multis Patribus concludit n. 135. *Vnde meritò à D. Ildefonso Ser. 3. de Assump. Regina Regum prædicatur, à Ruperto vbi supra Regina Regnorum. Ex quo etiam fit, vt sicut Filio pronunciare licet illa verba: per me Reges regnant, &c. sic etiam Matri æquum sit eadem vsurpare sub eodem sensu.* Perpende verba hæc, & siue Ven. Abbatissa de Agreda introducat Sanctissimam Virginem loquentem de se in sensu litterali, seu in alio sensu, reperies omninò censuram in subsistentem, & falsitatem illius clausulæ: *Cum perspicuum sit, &c.* doctrinamque Servæ Dei esse veram, & conformen communi consensui Sanctorum Patrum. Sed videant tàm Deputati, quàm Syndicus, ne involuantur inter illos, quos prædictus Author dicit in n. 9. *Sthomacantur solum hæretici, quod caput hoc ab Ecclesia Purissimæ Virgini accommodetur; inter quos Lutherus in postilla circa enarrationem Epistolæ de Festo Natiuitatis Virginis Mariæ, sic dicens: coacte, & Epistolam huc conferunt, quæ diuinæ sapientiæ tantum competit, ipsi videlicet Christo: hic enim ante sæcula fuit, in quo omnia condita sunt. Quod autem Mariæ Deiparæ hoc tribuitur, merum mendatium, & in Deum blasphemia est. Similiter passim docent hæretici nostri temporis, & probrijs innumeris ob hanc vnam causam cumulant Ecclesiam.* Quid quod Mater de Agreda eisdem cumuletur ob hanc vnam causam, si habet partem in hoc cum Sancta Matre Ecclesia, licet à Viris Catholico nomine decoratis, sed passione præcipiti acti.

ARTICVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVPER ARTICVLVM QVARTVM DECIMVM Deputatorum.

PAg. 372. n. 330. *Altissimi potens Brachium incæpit operari mirabilia noua super Spheram Captus humani, & primum fuit, ac stupendum, mittere Angelos innumeros, vt Matrem electam Æterni Verbi deducerent in Cælum Empyreum in corpore, & anima, ad id, quod Dominus disponebat. Sancti Principes præceptum hoc executioni mandarunt, & assumentes ebrachijs S. Annæ Genitricis Mariæ Infantem ipsam ordina-*

verunt quandam novam, ac solemnem processionem.

Pag. 433. n. 382. Sæpe ex Domini voluntate, per Angelorum suorum ministerium deferebatur corporaliter in Cœlum Empyreum.

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, erronea, & doctrinæ communi Sanctorum Patrum, ac Ecclesiæ contraria.

PRÆMITTITVR DOCTRINA AVTHORIS.

140 FAvor hic assumendi Angelorum Reginam in Cœlum Empyreum in Corpore, & Anima ante Christi D. admirabilem Ascensionem adeò stupendus visus est ipsi nostri Authori, vt ei ingesserit non levem difficultatem, quam sic exposuit Magistræ suæ Divinæ, Matri Sapientiæ n. 337. *Quomodo concipietur, quod per manus Sanctorum Angelorum fueritis assumpta Corpore, & Anima in Cœlum Empyreum; & ad Divinitatis intuitum: siquidem iuxta doctrinam Sanctæ Ecclesiæ, & Doctorum eius, stetit Cœlum clausum, & velati interdictum hominibus, quoad vsque vester Sanctissimus Filius illud aperuit media sua vita, & morte; & ingressus est illud, velut Redemptor, & caput, cum resuscitatus ascendit in die suæ admirabilis Ascensionis, primus existens, cui portæ illæ æternales apertæ sunt, quæ clausa erant per peccatum?* Rationi dubitandi hinc, quæ paucis verbis continet, quidquid in oppositum obijci valet, satisfacit Purissima Virgo, assignando rationes congruentiæ favoris huius, his verbis n. 540. *Cum me non tetigerit obex peccati primi, mihi non fuit impedimentum, quod mortalibus reliquis ad ingrediendum portas illas æternales Cœli; quin potius brachium potens Filij mei fecit mecum, sicut cum Domina virtutum, & Cœli Regina, & quia de Carne, & Sanguine meo vestitura erat eum; & factura hominem; placuit dignationi suæ, me prius prævenire, & sibi similem facere in puritate, & in exemptione à culpa, & in donis alijs, necnon divinis privilegijs. Et cum non fuerim culpæ mancipium, non operabar virtutes, sicut ei subiecta; sed sicut Domina, sine contradictione, & cum imperio: non vt similis filijs Adæ, sed vt similis Filio Dei, qui est etiam Filius meus.*

141 Comprehendenti vim, virtutem, efficatiam harum rationum sufficiebat ista solutio, maxime si pietate polleret. Illustrissimus Samaniego notarum 1. p. Author, doctrinis Sanctorum, & Patrum authoritatibus satisfecit: ex ijs proposito dubio Nota 26. ita convincenter, vt nullus ex æmulis sit ausus suam satisfactionem impugnare, signum ipsos eius doctrinis fuisse convictos, etsi ob suos respectus non confessos expresse. Nota satis prolixa visa est parum studiosis, quare ex illa, brevitate possibili, satisfacere tento; advertendo prius, quod,

etsi doctrinas adducendas relinquam sine munimine plurium Authorum, & authoritatū eorum, ipsæ fundantur in cōmuni Theologorum, & Patrium; quod si alicui deficere videatur, invenietur in ipsa nota fundamentum. Satisfactio eius est etiam nostra, & in suis stabilitur doctrinis; quare aliqua præparare ante satisfactionem ex communi Theologorum doctrina operæ precium puto.

APPARATVS AD SATISFACTIONEM.

142 DEus O. M. in illo inscrutabili arcano suæ divinæ Prædestinationis consilio statuit à principio producere creaturas, rationis capaces, ad finem supernaturalem suæ Beatitudinis ordinatas: hanc etiam conferre decrevit; sed appositis medijs proportionatis, dependentibus à gratia, & libero arbitrio; & sic disposuit, quod essent illis duo status, vnus temporalis, & viæ, in quo ponerent media; æternus alter, & termini, in quo finem dictum consequerentur. Quia tamen contingens erat, quod in via pro operibus bonis, mala opera apponerent, decrevit, vt, qui venirent ad terminum cum operibus bonis in sua amicitia, & gratia, fruerentur eius gloria æterna, ad quam fuerant præordinati; qui vero in operibus malis, & inimici eius terminum tangerent, pœna æterna punirentur cum perpetua suæ Beatitudinis privatione. Consequenter ad determinationem hanc, cum sit connaturale creaturis locum occupare, statuit Deus duo producere loca æternè duratura; vnum pro Beatis, in quo Deus se illis manifestaret per intuitivam suæ Divinæ Essentiæ visionem, & fruitionem, quod dictum fuit Empireum. Alterum, quod esset Damnatorum carcer, & locus supplicij in perpetuum: quod, & post executioni mandavit, producens Cœlum pro Beatorum mansione, terram pro viatorum habitatione, in qua produxit Infernum pro Damnatis; cum alijs locis subterranis, scilicèt Limbo, & Purgatorio. Cœlum hoc, Sedes Dei, Regia eius, Palatium, Empyreum, & alijs nominibus appellatum, non statim habuit exercitium muneris huius, quoadvsque essent Beati, qui Curiam componerent Cœlestem, nec erat creaturis inaccessibile; sed potuisset Deus sine dispensatione alicuius legis in eo ponere creaturas, quod & fecit defacto creando Angelos in eo, & in quo statum viæ eorum compleverunt tàm boni, quàm mali, & completa vltima morula viæ, mali proiecti sunt in infernum. Boni sunt glorificati, & cœpit Empyreum exercere munus domus Beatitudinis, & mansit inseparabile Angelis malis, & clausum.

143 Erat tunc Empyreum hominibus non clausum, quia peccatum non fecerant, quod solum Cœlo seras apponit, & claudit; sed erat inaccessibile de potentia ordinaria, non solùm propter impotentiam,

quam

quam habet homo ad illud scandendum viribus proprijs; sed & propter improportionem status viæ, & termini: quæ improportio, & impotentia secundùm communem Providentiæ divinæ arguunt legem generalem, quod nullus illuc ascendat existens in via; dispensabilem solum ob aliquam congruentiam, quæ impotentiam suppleret, & improportionem. Hæc est lex generalis, quæ, independenter ab Adæ peccato Sola sufficit impedire homines viatores, quantumvis Sanctos, & puros, ne intrent Empyreum, quæ cum non fundetur in reatu culpæ, non dicitur *Clausio portæ. Sed inaccessibilitas improportionis.* Propter hanc, si durasset status Innocentiæ, non valerent homines viatores, durante tempore viæ suæ, de potentia ordinaria ingredi Cœlum Empyreum, quia, etsi non clausum, erat eis inaccessibile, quo soluto subitò in Cœlum evolarent.

144 Invidus Lucifer, videns Cœlum hominibus clausum non esse, quod propter eius peccatum sibi fuerat præclusum, tentabit Nostros primos Parentes, vt peccantes, sicut sibi, etiam eis occluderetur Empyreum. Peccavit Adamus, & in ipso tota sua posteritas, inclusa in eo tanquam in capite morali, & propter peccatum incurrerunt pœnam privationis visionis æternæ Dei, & eius fruitionis beatificæ, & per consequens ingrediendi Cœlum, & per peccatum Ianua Cœli Empyrei ipsi clausa mansit, & omnibus successoribus suis in ipso, tanquam in capite morali contentis. Culpam assignant omnes pro clausura portæ Cœli generi humano statuta, propter peccatum ipsis Cœlum clausum est; quare si daretur aliqua humana creatura, quæ in Adam non peccasset, nec in ipso peccante fuisset contenta, non esset tali Cœlum præclusum, nec ianua eius clausa, vt de Purissima Virgine tenent, quam plures suæ originalis Innocentiæ Defensores.

145 Permansisset Ianua Cœli semper hominibus clausa, ni Deus misericors, Adæ peccato prævisо decrevisset, quod Christus veniret passibilis, & per mortem suam pro peccatis hominum satisfaceret divinæ Iustitiæ, & illis mereretur gratiam, & gloriam, & illis apperiret Ianuas Cœli clausas tàm formalis Beatitudinis, quàm materialis ad ingrediendum Empyreum. Priusquam Christi Passio, & Mors exhiberetur, ex meritis eius prævisis, dimisit Deus peccatum originale ijs, qui iustificabantur per gratiam, & pœnam æternam dimisit illis; sed de facto dare illis gloriam non decrevit, nisi exhibita Christi Passione, & Morte: Vndè mansit in eis reatus pœnæ temporalis, & Ianua Cœli clausa, vsque ad vltimum Mortis Christi Domini; quare, qui ante Mortem Christi Domini, cum gratia decebant, cum iam non haberent impedimentum status viæ, & possent Cœlum ingredi, solum habebant impedimentum clausuræ Ianuæ Cœli. Viatores tunc existentes duo habebant impedimenta, seu detinebantur per duas leges, vnam

ſtatus viæ, Alteram Clauſuræ Ianuæ; qui vero non peccaſſent in Adam, cum illis Ianua Cœli non eſſent clauſa, quia peccatum non fecerant, habebant ſolum legem improportionis ſtatus viæ. Ubi notandum venit, quod iſtæ duæ leges inacceſsibilitatis, & Clauſuræ Ianuæ ordinabantur principaliter ad denegandum ingreſſum Beatitudinis formalis, ſeu viſionis, & fruitionis divinæ Eſſentiæ Dei, & ratione iſtius; & ſecundario negabant ingreſſum loci materialis Cœli Empyrei. Et ratio eſt, quia ſolum negabant ingreſſum in ipſum, quia erat locus determinatus ad videndum Deum, & fruendum eo, & ſic leges potius impoſitæ ſunt propter denegandam formalem beatitudinem, quam materialem: quare, ſi in legibus fuerit diſpenſatum ob aliquod motivum quantum ad eſſentiale, quod negat, multò magis diſpenſabiles cenſeri debent, quantum ad materiale loci.

COMPROBATVR SERVÆ DEI DOCTRINA.

146 HIs communibus, & Catholicis doctrinis ſuppoſitis, deſcendendo ad caſum noſtrum, ſic incipit probari Servæ Dei ſtabilita propoſitio: Mariam Sanctiſsimam non poſſe elevari in Corpore, & Anima ad Empyreum ante Chriſti Filij eius Mortem provenire poſſet, vel ex impedimento legis inacceſsibilitatis, & ratione incompoſsibilitatis ſtatus viæ; cum ſtatu termini, vel ex impedimento legis generalis Clauſuræ propter peccatum, vel quia derogaret alicui excellentiæ Filij ſui Sanctiſsimi; ſed ex nullo ex his obſtat: ergo, &c. Ut ad probationem harum partium procedamus ſupponendum eſt illud generale ſtabilitum principium Sanctorum Patrum, & expoſitorum, nimirum: *Omnia privilegia gratiæ, vel vni ex ſanctis conceſſa, rationabile eſt credere fuiſſe conceſſa, & nefas eſt tenere Sanctiſsimæ Mariæ fuiſſe denegata; ſed excellentiori modo præſtita fuiſſe ei, quam Sanctis alijs.* Sic S. Bernardus, S. Anſelmus, S. Bernard. Toletanus, S. Thomas. S. Bonav. Ricard. de S. Laurent. Arnoldus Carnoten. S. Laurentius Juſtinianus, Idiota, & B. Albertus Magnus, dicit eſſe principium per ſe notum. Authoritatis eorum ſimul reperies in nota 26. §. 18. & in noſtro defenſorio §§. 1. & 2. apparatus. Nunc ſic: ſatis probabile eſt, valde Catholicum, & ſecundum SS. Patrũ Doctrinam Altiſsimum diſpenſaſſe cum aliquibus Sanctis quoad ingreſſum Cœli formalis; & materialis: ergo rationabiliter creditur, & perperam negatur, nec fas eſt dicere, fuiſſe negatum Sanctiſsimæ Mariæ.

147 Fuiſſe diſpenſatum primo cum pluribus Sanctis in lege inacceſsibilitatis, ſeu ſtatus viæ, vt in eo aſcenderent ad formale Cœli, ſeu vt Deum clarè viderent, & hoc toto tempore, quo lex hæc durat, & ante Aſcenſionem Chriſti tenent Authores multi. In ſtatu Innocentiæ

cum


cum Adamo. In lege cum Moyse, & cum Deipara Purissima ante Filij sui Sanctissimi Ascensionem: nam plerique tenent Deum intuitivè vidisse in sua Immaculata Conceptione passiva, & activa: alij in sua Nativitate, & illa Dulcissimi Filij, & istius gloriosa Resurrectione. Cum D. Paulo Apost. in Lege Gratiæ, & alijs innumeris, de quibus satis probabile est favorem hunc participasse: ergo multo melius, & magis rationi consonum est credere, sic factum fuisse cum Sanctissima Maria. Qui de aliquo ex ijs exemplis dubitat notam legat §.9. In eadem lege inaccessibilitatis quantum ad ingressum in Cœli materiale dispensatum, probat raptus ille D. Pauli, vsque ad Cœlum in Corpore, & Anima, & viator existens, quod tenet magnus Sanctorum Chorus videndus in dicta nota, §.10. & ratio suadet: cum assignatis supra, & cum Apostolo ipso dispensatum tenent Patres in ingressu Cœli formalis: ergo multo melius credendum est de isto in ingressu Cœli materialis: Nam lex illa, non tàm lata est ad denegandum ingressum ad Cœlum materiale propter se, quàm propter essentialem beatitudinem, & minorem improportionem dicit status viæ cum termino materiali, & locali, quàm cum essentiali: Angeli enim Viatores, sine alicuius legis dispensatione in Cœlo materiali inventi sunt: etsi modo vnum sine altero non reperitur, est, quia Deus legem tulit dandi suam essentialem beatitudinem in illo. Cum ergo hæc omnia sint SS. Patrum probabilia, iuxta eorum celebratum principium antecedenti numero, tenendum est talem favorem Sanctissimæ Mariæ non fuisse denegatum.

148 Nec obstat dicere hoc contigisse Apostolo post Christi D. Ascensionem, Sanctissima Virgo hic ante Ascensionē asseritur assumpta Corpore, & anima Empyreum. Non obstat, inquam, nam quod convincit dispensatum fuisse cum Apostolo post Christi Ascensionem, probat dispensare potuisse cum Matre Virgine ante Filij Ascensionem. Apostolus enim, vtpotè Viator, impediebatur ad ascendendum in Empyreum à lege inaccessibilitatis, etsi aliud impedimentum erat ei, melius per nos. Sed virgo Purissima nunquam aliud impedimentum habuit præter hoc ad ascendendum in Empyreum, ergo nihil magis impediebat dispensationem ad hoc pro ea ante Filij sui Ascensionem, quam pro Apostolo post Christi Ascensionem. Et sic si dispensatum est cum hoc, rationabiliter cum Domina creditur dispensatum tempore asserto. Probatio minoris huius est probatio secundæ partis propositi intenti. Satis probabilis est sententia eorum, qui cum Authore nostra tenent Magnam hanc Dominam non fuisse inclusam in pacto facto cum Adam, nec hunc eius stitisse caput morale, nec in ea fuisse reatum Clausuræ Ianuæ Cœli. Vide, quæ diximus cum ea, n. 140. Author notarum prælaudatus probat maximam probabilitatem do-

ctrinæ huius, ex multitudine Doctorum tuentium illam in publicis congressibus,& multiplicatis scriptis,& vigore rationum. Vide notam 23. §§. 2. & 3. Modo sic: Sanctissima Maria nec peccavit in Adam,nec iste fuit caput morale eius, nec fuit inclusa in pacto facto cum eo, nec habuit reatum primi peccati, nec sibi fuit clausa Ianua Cœli,nec mansit sub legibus generalibus latis propter Adæ peccatum: & sic non erat ei aliud impedimētum ad ingrediendum inEmpyreum, quam illud inaccessibilitatis, quod & habebat Paulus, quando cum ipso dispensatum est: ergo sicut tunc cum illo impertitus est favor iste; sic pie, & rationabiliter creditur impertitus Sanctissimæ Mariæ ante,& post Ascensionem Filij sui Sanctissimi.

149 Aliter illa minor,& pars assumpti intenti suaderi valet: dato quod Purissima Virgo esset sub Adamo, tanquam sub capite morale suo, inclusa in pacto cum eo,& sub reatu culpæ, & ei clausa Ianua Cœli, ex eisdem principijs,quibus cum præassignatis dispensatum legimus in omnibus his legibus,vt ascenderent ad Cœlum formale, & materiale; sed non minus efficaciter ex dispensatione generalis legis incurrendi originale peccatum, quod totis viribus defendit Sacra Facultas Parisiensis, & compulit Syndicum in Præfatione confirmare. Et ratio sic formari valet:Non obstante quod Sanctissima Virgo haberet debitum contrahendi peccatum originale,quia sub capite morali Adæ, inclusa cum alijs in pacto, cum reatu primi peccati, Deus misericorditer dispensavit cum ea per suum speciale privilegium eam præservando ab incursione culpæ: ergo similiter non obstante, quod esset debitrix incurrendi pœnam clausuræ Ianuæ CœliEmpyrei,potuit Deus dispensar e cum ea in tali lege, suumque ei privilegium concedere,vt ad minus ad tempus obiter, & transeuntei sibi panderetur illa Cœlestis Ianua,alijs omninò clausa. Etsi non potestis negare fuisse possibile, & defacto non incurrisse originale peccatum, etsi clamet Paulus: *Omnes in Adam peccaverunt*, & alij Scripturæ Textus, & Patrum Testimonia;cur non ita factum asseritis in legibus ingrediendi Empyreum: cum dispensatum legamus cum eam in pluribus alijs legibus latis per Spiritum Sanctum, & per Sacras Scripturas notificatis? Si possibilitas datur, dispensatio in legibus generalibus difficilè negatur cum Matre Gratiæ, & Domina Virtutum.

***

QVID IN SVO ARTICVLO DECIMO CENSVRA LATA *nomine mentito Sacræ Facultatis Parisiensis?*

150 INgressurus probare tertiam partem assumpti nostri, quod scilicèt, hoc favore concesso Purissimæ Mariæ Deiparæ, non imminuatur aliqua Filij sui dulcissimi excellentia; per prius, libuit ostendere, quid Author censuræ secundæ, latæ nomine mentito Facultatis circa doctrinam N. Abbatiss. Venerabilis, dicat, vt ex eius dicto expræssius declaretur, in quo stat eorum difficultas. Articulo decimo suæ censuræ, transcriptis duabus propositionibus ex libro Gallico, prout transcriptæ sunt à Deputatis, & nos possuimus in principio articuli huius, sic censuram contra illas infingunt Parisienses.

CENSVRA.

HÆ propositiones falsæ sunt, temerariæ, & contrariæ Verbo Dei. Ioanni cap. 14. vers. 2. *Vado parare vobis locum.* *Ad Hebræos* 6. v. 19. & 20. *Spem habemus incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi Præcursor pro nobis introibit Iesus, &c.* 10. *vers.* 19. *Habentes fiduciam in introitu Sanctorum in Sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam.* Ex hac censura potest depromi fundamentum, quo ipsa nititur sic: Propositiones, quæ minuunt excellentiam singulariter convenientem Chisto Domino per Verbum Dei, seu Scripturam Sacram falsæ sunt, temerariæ, & Verbo Dei contrariæ: sed tales sunt præassertæ ab Abbatissa Agrediensi: Ergo. Minor ostenditur in allegatis testimonijs Scripturæ, in quibus exprimitur Primitas, & prioritas ascendendi in Cœlum singulariter Christo Domino. Ut denotat illud: *Vado parare: introivit Præcursor: iniciavit viam novam.* Sed Mater de Agreda dicit Virginem, priorem Christo ascendisse in Cœlum Empyreum Corpore, & Anima, & ante illius Ascensionem: Ergo.

151 Nihilominus, si vnus locus Scripturæ per alium similem explicari consuevit, verusque sensus ex collatione vnius ad alium deduci. Textus isti maiorem prioritatem, & primitatem significare nequeunt ad ascensum priorem Domini Iesu in Empyreum, quam sequentes ad Resurrectionem ipsius ex mortuis priorem. Prima ad Chorint. 15. vers. 20. *Nunc autem Christus Resurrexit à mortuis primitiæ dormientium*: & vers. 23. *Vnusquisque autem in ordine suo, primitiæ Christus*: quare Suarez, tom. 2. in 3. p. disp. 51. sect. 2. dixit: *Quia sicut Christus fuit primus Resurgentium ad vitam gloriosam, & immortalem, ita decuit, vt esset primus ascendentium ad locum Cælestem, & ideò nullus ante*

cum ascendit. Sed prioritas Resurrectionis Dñi. non stat in hoc, quod prior alijs resurrexit, cum multos ante ipsum resurrexisse Legamus, & perProphetas, & per ipsum Salvatorẽ: ergo in aliquo alio eius debemus collocare excellentiam, & prioritatem. Sancti Patres illam collocaverunt in eo, quod fuerit primus, qui resurrexit ad vitam immortalem, & æternam, amplius non moriturus, quod & significavit Apostolus ad Rom. 6. *Christus Resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Et S. Ioann. Damasc. citat. in nota §. 13. dicit: *Quamquam enim alij quoque à morte ad vitam excitati sint, morte tamen rursus functi sunt, nec futuræ veræ Resurrectionis imaginem exhibuere poterunt. Solus autem ipse Resurrectionis illius Author, ac Princeps extitit, vt qui immortali Resurrectione ad vitam redierit.* S. Augustinus ibidem citatus: *Resurrectio mortuorum, vt iam non moriantur, ante Christum nulla.*

152 Prioritas etiam Ascensionis in Cœlum stare etiam non potest in eo, quod prior Divinam Essentiam viderit: nam prioritate temporis illo priores eam vidisse Adamum, Moysem, & Virginem Sanctissimam, manet à nobis cum Expositoribus, & Sanctis stabilitum. Neque in eo quod prior permanentem illam viderit in Empyreo: nam Angeli Beati eo priores, tempore multo, possederunt Cęlum: neque in eo quod primus viderit essentiam transeunter, quod ipsi non contigit, & alijs dictis contigit prius. Stat ergo prioritas, & excellentia Christi, in eo quod prior omnibus fruitus est Essentia Divina, perpetua, & continua permanenti Beatitudine formali, & in eadem æterna materiali, quam ascendit prio r in die suæ Ascensionis: die illo eam parare nobis ascendit, istius fuit verus Præcursor, & viam hanc novam, à nullo sic tritam, initiavit; & in hac excellentia nullus fuit prior ipso, nec sua Purissima Genitrix, nec sic asserit Serva Dei Maria de Agreda, sed obiter transeunter: ergo modus, quo hæc pia Author asserit Sanctissimam Mariam ascendisse in Empyreum, Corpore, & Anima, excellentiam Filij eius, nec primitatem offendit. S. Ioannes Chrysostomus commendat in hoc sensu excellentiam AscensionisSalvatoris cum t. 3. serm. de Ascens. dicit: *Hodiæ Angeli, atque Archangeli naturam nostram in sede Dominica immortali gloria fulgentem viderunt.* Huius gloriæ perennis media possessione, quam Christus accepit in nostra natura: *Hodie Paradisi possessores formati sumus.* dicit S. Thomas cum S. Leone, serm. 1. de Ascensione.

153 In hoc sensu est excellentia N. Redemptoris, in hoc stat eius prioritas singularis, à nullo prior ipso obtenta in hoc modo; & in hoc sensu satis probabiliter explicari possunt textus adducti ex Scriptura à censoribus Parisiensis, & Sanctorum Patrum authoritates relatæ §§. primis notæ, & à paritate sic: Non obstante, quod sacra pagina dicat

QVID CENSVRA LATA NOMINE FACVLTATIS Parisiensis in suo articulo nono super excerptam propositionem?

134 LAbitur in scillam Syndicus Author Indiculi secundi, dum volens corrigere suos commilitones Deputatos, eorumque censuram, transcripta eadem propositione excerpta ex Gallico transumpto, & notato, quod in margine citatur 8. cap. Proverb. vers. 15. & 16. sic fert censuram in illam: *Cum perspicuum sit verba capitis 8. Proverbiorum de sola sapientia Increata, vel Incarnata, iuxta SS. Patrum vnanimem consensum, ad litteram esse intelligendam; & declaraverit Author in libro pag. 61. Deum ad litteram in eo capite de Verbo Incarnato, & Sanctissima eius Matre locutum fuisse: Hæc propositio, quæ inducit Sanctissimam Virginem dicentem de se, quod ipsa dixerit Proverbiorum 8. per me Reges regnant, &c. falsa est, & temeraria.* In qua Magister hic Claudius le Fauvre magis exercitatus in Pallade, quam in Minerva, æquivalenter dixisse infertur: non quia Spiritus Dei solus locutus sit per scripturas. Non potest alius introduci loquens per eas, & sic Beatissima Virgo, nec qui hoc assereret, diceret aliquod falsum, temerarium, & Verbo Dei contrarium; propositio, quæ Virginem Sanctissimam sic loquentem introducit in illo 8. Proverbiorum *per me Reges regnant, &c.* Ex hoc capite nulla censura est digna. Ex alio vero capite meretur censeri falsa, & temeraria, quia opponitur vnanimi consensu SS. Patrum, qui illud 8. Proverbiorum intelligunt solum de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, & Author propositionis dictæ etiam in sensu litterali illam intelligit de Sanctissima Maria Deipara.

135 Hæc censura, & fundamentum eius non directiori graditur via, quam prior: primo concedemus SS. Patres communiter intelligere cap. 8. Proverbiorum de sapientia Increata, vel Incarnata. Sed restrinxisse ad illas solas adhuc in sensu litterali nusquam invenimus, & poterant Authores inter tantam Patrum concordiam vnum adduxisse saltim, qui rem confirmaret. Quis est hic, qui dicit, taliter in sensu litterali intelligenda sunt de his duobus sapientijs, de Matre Sapientiæ Purissima Maria in sensu litterali intelligi non possint? Nec per hoc quod aliquis Pater, Doctor, vel Sacer Interpres, vel omnes simul textum aliquem Sacræ Scripturæ intelligant in sensu litterali de aliquo, negant per hoc præcisse textum illum esse capacem alterius sensus litteralis, & quod litteraliter alius contineatur sub eo, nisi expresse dicant. Nec Sacræ Scripturæ amplitudo constringenda est ad

vnum sensum litteralem, dum alij non repugnent, & Patres negent expresse. Nec est abreviata manus Domini, vt vno sensu litterali manifestato, non posit alium de novo manifestare; Nec exhausti sunt omnes sensus litterales; nec Sancti, & Doctores sequentes sunt peioris conditionis, quam præcedentes, maximè cum sæpe sunt plures sensus litterales sub vnico textu, vt affirmat D. Angelicus 1. p. q. 1. art. 10. Abulensis cap. 2. in Matth. Salmeron prologo 8. quibus favent S. Hieronymus ad Paulinum epist. 103. & S. Bernard. Serm. 31. in Cant. & plures alij. Et in dicto huius censuræ videtur expresse: nam PP. qui dixerunt caput hoc intelligi de Sapientia Increata in sensu litterali, quin meminissent de Incarnata, non obcluserunt alijs ianuam, vt de hac etiam intelligerent litteraliter.

136 Sed veniat S. Augustinus, imponat manum suam ori censorum horum, & sua humili modestia illorum censuram retundat. Libro igitur confession. cap. 31. loquendo de varijs sensibus litteralibus, à diversis Doctoribus inventis in scriptura, sic inquit: *Cum alius dixerit hoc sensit* (Sacer Scriptor) *quod ego, & alius imo aliud, quod ego: religiosius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, si vtrumque verum est? Et si quid tertium, et si quid quartum, et si quid omnino aliud verum in his verbis videt quis, cur non omnia vidisse credatur, per quem Deus Sacras Litteras multorum sensibus temperavit. Nolo itaque, Deus meus* (audite Augustinum censores Factiosi) *tam præcepsesse, vt hoc virum illum de te meruisse non credam. Sensit ille omnino in his verbis, atque cogitavit, quidquid hic vere potuimus invenire, & quidquid nos non potuimus, & tamen in eis inveniri potest. Postremò Domine, qui Deus est, & non caro, & sanguis, si quid homo minus videt* (in Scriptura) *numquid, & Spiritum Sanctum latere potuit quidquid erat in eis verbis revelaturus sequentibus, etiamsi ille, per quem dicta sunt, vnam fortasis ex multis veris sententiam excogitaverit?* Cum hac vnica sententia comprobatur, quod etsi Patres vnanimi consensu dixerint verba illa capitis 8. intelligenda esse de sapientia Increata, vel Incarnata in sensu litterali, non impediat, quod posit Deus alium sensum litteralem revelare alicui servo, vel Ancillæ suæ, maximè, si quod dicitur dè novo, verum sit, nec opponatur alijs dictis Sanctorum, ac veritati consonet, vt patet in dictis hucusque Abbatissæ de Agreda.

137 Hæc, quæ dicta manent, satis indicant propositionem Authoris firmam permanere, etiam si ipsa asseruisset capud illud 8. Proverbiorum intelligi litteraliter de Purissima Virgine, & consequenter ruit censura assignata à Syndico nomine Sacræ Facultatis Parisiensis. Sed multo fortius asignando scriptricem non dixisse talia verba *per me Reges regnant, &c.* esse intelligenda in sensu litterali de ista Sanctissima Domina, quod vt pateat retrò redire necesse est ad paginam 61.

ad quam nos remittunt censores, & ad n. 54. Historiæ, qui illi paginæ correspondet. Serva Dei n. 52. asserit se remissam ad caput 8. Probiorum, vt explicaret ordinem Decretorum divinorum in determinatione rerum futurarum. N. 53. ponit litteram capitis dicti non totam, sed à versiculo 22. vsque ad 32. N. 54. dicit litteram capitis à se transcriptam litteraliter intelligi de Christo Domino, eiusque Sanctissima Matre: vnde versiculos 15. & 16. qui modo hic citantur in margine, Serva Dei non tangit, & consequenter non dicit illos esse intelligendos litteraliter de Deipara Sanctissima: Nam non valet argumentum: dicit aliquis verba determinata alicuius capitis Sacræ Scripturæ intelliguntur litteraliter de aliquo: ergo dicit etiam (etiamsi expresse non ponat, nec de illa loquatur) aliam partem dicti capitis antecedentem, vel sequentem intelligendam esse de eodem iuxta sensum litteralem. Et ratio est clara; nam multoties in vno capite scripturæ ad litteram fit Sermo de multis, & de vno versu ad alium mutatur sensus, & obiectum Scriptoris, & Authoris. Exemplum est in capite 6. Ioan. Vbi Christus D. iam loquitur de pane Eucharistico, iam de pane, qui est Verbum Dei. Et signum videtur expressum, nec Spiritum Sanctum, nec Ancillam suam voluisse comprehendere Sacratissimam Virginem in sensu litterali, quando non fuerunt locuti de versibus istis, sed incœperunt à versu 22. relictis alijs antecedentibus.

138. Sed vt hæc magis elucescant, indicare libet breviter intelligentiam dicti capitis, iuxta Sanctorum interpretationem. Isti enim, vt patet in Biblia maxima in principio capitis, dividunt illud in tres partes. Primam, à primo versu vsque ad 22. dicunt agere de sapientia vt sic, vt præscindit à creata, & Increata, & Incarnata: ergo cum prædicti versus 15. & 16. intra 22. contineantur, secundum communem SS. Interpretum sensum, videtur falsum dici intelligi iuxta illos de sapientia Increata, & Incarnata sola, sed nec de ipsis iuxta tenorem Litteræ. Pater Quirinus Salazar agens de Purissima Conceptione in expositione capitis huius vers. 123. n. 1. sic inquit: *Vt capitis octavi luculentior sit interpretatio, pauca in eius auspicio prælibare oportet, ex quibus illius intelligentia suspenditur. Primo igitur notandum est totum istud caput, Ecclesiæ, & Patrum veteri vsu, Virgini Deiparæ accommodari solitum, quapropter cum aliquid de eius laudibus acciderit, post alias expositiones subijciam.* Et postquam id præstitisset in omnibus alijs vsque ad vers. 15. & 16. hos sic applicat, & convenire probat ipsi Sanctissimæ Reginæ: *Si enim vniversam Genealogiam Mariæ, à Matheo, & Luca conscriptam contemplemur, ex Mariæ Maioribus multi Reges, Dynastæ, Duces, ac Iudices fuerunt; omnes autem per Virginem Regnum, & potestatem adepti sunt. Per illam, in quam, regnarunt; ideo enim, illis Deus Regnum, & potestatem detulit, quia ex eorum genere Virgo originem ductu-*

ductura erat, ex qua carnem ipsa induere decreverat. Litteralis est interpretatio ista, & in Patribus fundata, quæ destruit particulam illam *sola* censuræ secundæ, & confirmat, quod iuxta litteram posit etiam de alio intelligi, nempè de Matre vtriusque sapientiæ.

139 *Haud displicet hæc interpretatio* (prosequitur Author iste) *sed tamen verba illa suadent, vt de Virginis dignitate Regia super omnes alios Reges, & Principes, pauca asseramus.* Et prosequens adaptare talia verba Purissimæ Reginæ, cum multis Patribus concludit n. 135. *Vnde meritò à D. Ildefonso Ser. 3. de Assump. Regina Regum prædicatur, à Ruperto vbi supra Regina Regnorum. Ex quo etiam fit, vt sicut Filio pronunciare licet illa verba: per me Reges regnant, &c. sic etiam Matri æquum sit eadem vsurpare sub eodem sensu.* Perpende verba hæc, & sive Ven. Abbatissa de Agreda introducat Sanctissimam Virginem loquentem de se in sensu litterali, seu in alio sensu, reperies omninò censuram insubsistentem, & falsitatem illius clausulæ: *Cum perspicuum sit, &c.* doctrinamque Servæ Dei esse veram, & conformen communi consensui Sanctorum Patrum. Sed videant tàm Deputati, quàm Syndicus, ne involuantur inter illos, quos prædictus Author dicit in n. 9. *Stomacantur solum hæretici, quod caput hoc ab Ecclesia Purissimæ Virgini accommodetur; inter quos Lutherus in postilla circa enarrationem Epistolæ de Festo Nativitatis Virginis Mariæ, sic dicens: coacte, & Epistolam huc conferunt, quæ divinæ sapientiæ tantum competit, ipsi videlicet Christo: hic enim ante sæcula fuit, in quo omnia condita sunt. Quod autem Mariæ Deiparæ hoc tribuitur, merum mendatium, & in Deum blasphemia est. Similiter passim docent hæretici nostri temporis, & probrijs innumeris ob hanc vnam causam cumulant Ecclesiam.* Quid quod Mater de Agreda eisdem cumuletur ob hanc vnam causam, si habet partem in hoc cum Sancta Matre Ecclesia, licet à Viris Catholico nomine decoratis, sed passione præcipiti acti.

ARTICVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVPER ARTICVLVM QVARTVM DECIMVM Deputatorum.

PAg. 372. n. 330. *Altissimi potens Brachium incœpit operari mirabilia nova super Spheram Captus humani, & primum fuit, ac stupendum, mittere Angelos innumeros, vt Matrem electam Æterni Verbi deducerent in Cœlum Empyreum in corpore, & anima, ad id, quod Dominus disponebat. Sancti Principes præceptum hoc executioni mandarunt, & assumentes e brachijs S. Annæ Genitricis Mariæ Infantem ipsam ordina-*

verunt quandam novam, ac solemnem processionem.

Pag. 433. n. 382. Sæpe ex Domini voluntate, per Angelorum suorum ministerium deferebatur corporaliter in Cœlum Empyreum.

CENSVRA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, erronea, & doctrinæ communi Sanctorum Patrum, ac Ecclesiæ contraria.

PRÆMITTITVR DOCTRINA AVTHORIS.

140 FAvor hic assumendi Angelorum Reginam in Cœlum Empyreum in Corpore, & Anima ante Christi D. admirabilem Ascensionem adeò stupendus visus est ipsi nostri Authori, vt ei ingesserit non levem difficultatem, quam sic exposuit Magistræ suæ Divinæ, Matri Sapientiæ n. 537. *Quomodo concipietur, quod per manus Sanctorum Angelorum fueritis assumpta Corpore, & Anima in Cœlum Empyreum, & ad Divinitatis intuitum: siquidem iuxta doctrinam Sanctæ Ecclesiæ, & Doctorum eius, stetit Cœlum clausum, & veluti interdictum hominibus, quoad vsque vester Sanctissimus Filius illud aperuit media sua vita, & morte, & ingressus est illud, velut Redemptor, & caput, cum resuscitatus ascendit in die suæ admirabilis Ascensionis, primus existens, cui portæ illæ æternales apertæ sunt, quæ clausa erant per peccatum?* Rationi dubitandi hinc, quæ paucis verbis continet, quidquid in oppositum obijci valet, satisfacit Purissima Virgo, assignando rationes congruentiæ favoris huius, his verbis n. 540. *Cum me non tetigerit obex peccati primi, mihi non fuit impedimentum, quod mortalibus reliquis ad ingrediendum portas illas æternales Cœli; quin potius brachium potens Filij mei fecit mecum, sicut cum Domina virtutum, & Cœli Regina, & quia de Carne, & Sanguine meo vestitura erat eum, & factura hominem, placuit dignationi suæ, me prius prævenire, & sibi similem facere in puritate, & in exemptione à culpa, & in donis alijs, necnon divinis privilegijs. Et cum non fuerim culpæ mancipium, non operabar virtutes, sicut ei subiecta; sed sicut Domina, sine contradictione, & cum imperio: non vt similis filijs Adæ, sed vt similis Filio Dei, qui est etiam Filius meus.*

141 Comprehendenti vim, virtutem, efficatiam harum rationum sufficiebat ista solutio, maximè si pietate polleret. Illustrissimus Samaniego notarum 1. p. Author, doctrinis Sanctorum, & Patrum authoritatibus satisfecit: ex ijs proposito dubio Nota 26. ita convincenter, vt nullus ex æmulis sit ausus suam satisfactionem impugnare, signum ipsos eius doctrinis fuisse convictos, etsi ob suos respectus non confessos expresse. Nota satis prolixa visa est partim studiosis, quare ex illa, brevitate possibili, satisfacere tento; advertendo prius, quod,

etsi doctrinas adducendas relinquam sine munimine plurium Authorum,& authoritatū eorum,ipsæ fundantur in cōmuni Theologorum, & Patrium; quod si alicui deficere videatur, invenietur in ipsa nota fundamentum. Satisfactio eius est etiam nostra, & in suis stabilitur doctrinis; quare aliqua præparare ante satisfactionem ex communi Theologorum doctrina operæ precium puto.

APPARATVS AD SATISFACTIONEM.

142 DEus O. M. in illo inscrutabili arcano suæ divinæ Prædestinationis consilio statuit à principio producere creaturas, rationis capaces, ad finem supernaturalem suæ Beatitudinis ordinatas: hanc etiam conferre decrevit; sed appositis medijs proportionatis, dependentibus à gratia, & libero arbitrio; & sic disposuit, quod essent illis duo status, vnus temporalis, & viæ, in quo ponerent media; æternus alter, & termini, in quo finem dictum consequerentur. Quia tamen contingens erat, quod in via pro operibus bonis, mala opera apponerent, decrevit, vt, qui venirent ad terminum cum operibus bonis in sua amicitia, & gratia, fruerentur eius gloria æterna, ad quam fuerant præordinati; qui vero in operibus malis,& inimici eius terminum tangerent, pœna æterna punirentur cum perpetua suæ Beatitudinis privatione. Consequenter ad determinationem hanc, cum sit connaturale creaturis locum occupare, statuit Deus duo producere loca æternè duratura; vnum pro Beatis, in quo Deus se illis manifestaret per intuitivam suæ Divinæ Essentiæ visionem, & fruitionem, quod dictum fuit Empireum. Alterum, quod esset Damnatorum carcer,& locus supplicij in perpetuum: quod, & post executioni mandavit, producens Cœlum pro Beatorum mansione, terram pro viatorum habitatione,in qua produxit Infernum pro Damnatis, cum alijs locis subterranis, scilicèt Limbo, & Purgatorio. Cœlum hoc, Sedes Dei, Regia eius, Palatium,Empyreum,& alijs nominibus appellatum, non statim habuit exercitium muneris huius, quoadvsque essent Beati, qui Curiam componerent Cœlestem, nec erat creaturis inaccessibile; sed potuisset Deus sine dispensatione alicuius legis in eo ponere creaturas, quod & fecit defacto creando Angelos in eo, & in quo statum viæ eorum compleverunt tàm boni, quàm mali,& completa vltima motula viæ, mali proiecti sunt in infernum. Boni sunt glorificati,& cœpit Empyreum exercere munus domus Beatitudinis,& mansit inseparabile Angelis malis,& clausum.

143 Erat tunc Empyreum hominibus non clausum, quia peccatum non fecerant, quod solum Cœlo seras apponit,& claudit; sed erat inaccessibile de potentia ordinaria, non solùm propter impotentiam,

quam

quam habet homo ad illud scandendum viribus proprijs; sed & propter improportionem status viæ, & termini: quæ improportio, & impotentia secundùm communem Providentiæ divinæ arguunt legem generalem, quod nullus illuc ascendat existens in via; dispensabilem solum ob aliquam congruentiam, quæ impotentiam supperet, & improportionem. Hæc est lex generalis, quæ, independenter ab Adæ peccato Sola sufficit impedire homines viatores, quantumvis Sanctos, & puros, ne intrent Empyreum, quæ cum non fundetur in reatu culpæ, non dicitur *Clausio portæ. Sed inaccessibilitas improportionis*. Propter hanc, si durasset status Innocentiæ, non valerent homines viatores, durante tempore viæ suæ, de potentia ordinaria ingredi Cœlum Empyreum, quia, etsi non clausum, erat eis inaccessibile, quo soluto subitò in Cœlum evolarent.

144 Invidus Lucifer, videns Cœlum hominibus clausum non esse, quod propter eius peccatum sibi fuerat præclusum, tentabit Nostros primos Parentes, vt peccantes, sicut sibi, etiam eis occluderetur Empyreum. Peccavit Adamus, & in ipso tota sua posteritas, inclusa in eo tanquam in capite morali, & propter peccatum incurrerunt pœnam privationis visionis æternæ Dei, & eius fruitionis beatificæ, & per consequens ingrediendi Cœlum, & per peccatum Ianua Cœli Empyrei ipsi clausa mansit, & omnibus successoribus suis in ipso, tanquam in capite morali contentis. Culpam assignant omnes pro clausura portæ Cœli generi humano statuta, propter peccatum ipsis Cœlum clausum est; quare si daretur aliqua humana creatura, quæ in Adam non peccasset, nec in ipso peccante fuisset contenta, non esset tali Cœlum præclusum, nec ianua eius clausa, vt de Purissima Virgine tenent, quam plures suæ originalis Innocentiæ Defensores.

145 Permansisset Ianua Cœli semper hominibus clausa, ni Deus misericors, Adæ peccato prævisso decrevisset, quod Christus veniret passibilis, & per mortem suam pro peccatis hominum satisfaceret divinæ Iustitiæ, & illis mereretur gratiam, & gloriam, & illis apperiret Ianuas Cœli clausas tàm formalis Beatitudinis, quàm materialis ad ingrediendum Empyreum. Priusquam Christi Passio, & Mors exhiberetur, ex meritis eius prævisis, dimisit Deus peccatum originale ijs, qui iustificabantur per gratiam, & pœnam æternam dimisit illis; sed de facto dare illis gloriam non decrevit, nisi exhibita Christi Passione, & Morte: Vndè mansit in eis reatus pœnæ temporalis, & Ianua Cœli clausa, vsque ad vltimum Mortis Christi Domini; quare, qui ante Mortem Christi Domini, cum gratia decebant, cum iam non haberent impedimentum status viæ, & possent Cœlum ingredi, solum habebant impedimentum clausuræ Ianuæ Cœli. Viatores tunc existentes duo habebant impedimenta, seu detinebantur per duas leges, vnam

sta-

ſtatus viæ, Alteram Clauſuræ Ianuæ; qui vero non peccaſſent in Adam, cum illis Ianua Cœli non eſſent clauſa, quia peccatum non fecerant, habebant ſolum legem improportionis ſtatus viæ. Ubi notandum venit, quod iſtæ duæ leges inacceſsibilitatis, & Clauſuræ Ianuæ ordinabantur principaliter ad denegandum ingreſſum Beatitudinis formalis, ſeu viſionis, & fruitionis divinæ Eſſentiæ Dei, & ratione iſtius; & ſecundario negabant ingreſſum loci materialis Cœli Empyrei. Et ratio eſt, quia ſolum negabant ingreſſum in ipſum, quia erat locus determinatus ad videndum Deum, & fruendum eo, & ſic leges potius impoſitæ ſunt propter denegandam formalem beatitudinem, quam materialem: quare, ſi in legibus fuerit diſpenſatum ob aliquod motivum quantum ad eſſentiale, quod negat, multò magis diſpenſabiles cenſeri debent, quantum ad materiale loci.

COMPROBATUR SERVÆ DEI DOCTRINA.

146 HIs communibus, & Catholicis doctrinis ſuppoſitis, deſcendendo ad caſum noſtrum, ſic incipit probari Servæ Dei ſtabilita propoſitio: Mariam Sanctiſsimam non poſſe elevari in Corpore, & Anima ad Empyreum ante Chriſti Filij eius Mortem provenire poſſet, vel ex impedimento legis inacceſsibilitatis, & ratione incompoſsibilitatis ſtatus viæ, cum ſtatu termini, vel ex impedimento legis generalis Clauſuræ propter peccatum, vel quia derogaret alicui excellentiæ Filij ſui Sanctiſsimi; ſed ex nullo ex his obſtat: ergo, &c. Ut ad probationem harum partium procedamus ſupponendum eſt illud generale ſtabilitum principium Sanctorum Patrum, & expoſitorum, nimirum: *Omnia privilegia gratiæ, vel vni ex ſanctis conceſſa, rationabile eſt credere fuiſſe conceſſa, & nefas eſt tenere Sanctiſsimæ Mariæ fuiſſe denegata; ſed excellentiori modo præſtita fuiſſe ei, quam Sanctis alijs.* Sic S. Bernardus, S. Anſelmus, S. Bernard. Toletanus, S. Thomas. S. Bonav. Ricard. de S. Laurent. Arnoldus Carnoten. S. Laurentius Juſtinianus, Idiota, & B. Albertus Magnus, dicit eſſe principium per ſe notum. Authoritatis eorum ſimul reperies in nota 26. §. 18. & in noſtro defenſorio §§. 1. & 2. apparatus. Nunc ſic: ſatis probabile eſt, valdè Catholicum, & ſecundum SS. Patrū Doctrinam Altiſsimum diſpenſaſſe cum aliquibus Sanctis quoad ingreſſum Cœli formalis, & materialis: ergo rationabiliter creditur, & perperam negatur, nec fas eſt dicere, fuiſſe negatum Sanctiſsimæ Mariæ.

147 Fuiſſe diſpenſatum primo cum pluribus Sanctis in lege inacceſsibilitatis, ſeu ſtatus viæ, vt in eo aſcenderent ad formale Cœli, ſeu vt Deum clarè viderent, & hoc toto tempore, quo lex hæc durat, & ante Aſcenſionem Chriſti tenent Authores multi. In ſtatu Innocentiæ



cum Adamo. In lege cum Moyse, & cum Deipara Purissima ante Filij sui Sanctissimi Ascensionem: nam plerique tenent Deum intuitivè vidisse in sua Immaculata Conceptione passiva, & activa: alij in sua Nativitate, & illa Dulcissimi Filij, & istius gloriosa Resurrectione. Cum D. Paulo Apost. in Lege Gratiæ, & alijs innumeris, de quibus satis probabile est favorem hunc participasse: ergo multo melius, & magis rationi consonum est credere, sic factum fuisse cum Sanctissima Maria. Qui de aliquo ex ijs exemplis dubitat notam legat §. 9. In eadem lege inaccessibilitatis quantum ad ingressum in Cœli materiale dispensatum, probat raptus ille D. Pauli, vsque ad Cœlum in Corpore, & Anima, & viator existens, quod tenet magnus Sanctorum Chorus videndus in dicta nota, §. 10. & ratio suadet: cum assignatis supra, & cum Apostolo ipso dispensatum tenent Patres in ingressu Cœli formalis: ergo multo melius credendum est de isto in ingressu Cœli materialis: Nam lex illa, non tàm lata est ad denegandum ingressum ad Cœlum materiale propter se, quàm propter essentialem beatitudinem, & minorem improportionem dicit status viæ cum termino materiali, & locali, quàm cum essentiali: Angeli enim Viatores, sine alicuius legis dispensatione in Cœlo materiali inventi sunt: etsi modo vnum sine altero non reperitur, est, quia Deus legem tulit dandi suam essentialem beatitudinem in illo. Cum ergo hæc omnia sint SS. Patrum probabilia, iuxta eorum celebratum principium antecedenti numero, tenendum est talem favorem Sanctissimæ Mariæ non fuisse denegatum.

148 Nec obstat dicere hoc contigisse Apostolo post Christi D. Ascensionem, Sanctissima Virgo hic ante Ascensionē asseritur assumpta Corpore, & anima Empyreum. Non obstat, inquam, nam quod convincit dispensatum fuisse cum Apostolo post Christi Ascensionem, probat dispensare potuisse cum Matre Virgine ante Filij Ascensionem. Apostolus enim, vtpotè Viator, impediebatur ad ascendendum in Empyreum à lege inaccessibilitatis, etsi aliud impedimentum erat ei, melius per nos. Sed virgo Purissima nunquam aliud impedimentum habuit præter hoc ad ascendendum in Empyreum, ergo nihil magis impediebat dispensationem ad hoc pro ea ante Filij sui Ascensionem, quam pro Apostolo post Christi Ascensionem. Et sic si dispensatum est cum hoc, rationabiliter cum Domina creditur dispensatum tempore asserto. Probatio minoris huius est probatio secundæ partis propositi intenti. Satis probabilis est sententia eorum, qui cum Authore nostra tenent Magnam hanc Dominam non fuisse inclusam in pacto facto cum Adam, nec hunc eius stitisse caput morale, nec in ea fuisse reatum Clausuræ Ianuæ Cœli. Vide, quæ diximus cum ea, n. 140. Author notarum prælaudatus probat maximam probabilitatem do-

ctrinæ huius, ex multitudine Doctorum tuentium illam in publicis congressibus,& multiplicatis scriptis,& vigore rationum. Vide notam 23. §§. 2. & 3. Modo sic: Sanctissima Maria nec peccavit in Adam,nec iste fuit caput morale eius, nec fuit inclusa in pacto facto cum eo, nec habuit reatum primi peccati, nec sibi fuit clausa Ianua Cœli,nec mansit sub legibus generalibus latis propter Adæ peccatum: & sic non erat ei aliud impedimẽtum ad ingrediendum inEmpyreum, quam illud inaccessibilitatis, quod & habebat Paulus, quando cum ipso dispensatum est: ergo sicut tunc cum illo impertitus est favor iste; sic pie, & rationabiliter creditur impertitus Sanctissimæ Mariæ ante,& post Ascensionem Filij sui Sanctissimi.

149 Aliter illa minor,& pars assumpti intenti suaderi valet: dato quod Purissima Virgo esset sub Adamo, tanquam sub capite morale suo, inclusa in pacto cum eo,& sub reatu culpæ, & ei clausa Ianua Cœli, ex eisdem principijs,quibus cum præassignatis dispensatum legimus in omnibus his legibus,vt ascenderent ad Cœlum formale, & materiale; sed non minus efficaciter ex dispensatione generalis legis incurrendi originale peccatum, quod totis viribus defendit Sacra Facultas Parisiensis, & compulit Syndicum in Præfatione confirmare.Et ratio sic formari valet:Non obstante quod Sanctissima Virgo haberet debitum contrahendi peccatum originale,quia sub capite moraliAdæ, inclusa cum alijs in pacto, cum reatu primi peccati, Deus misericorditer dispensavit cum ea per suum speciale privilegium eam præservando ab incursione culpæ: ergo similiter non obstante, quod esset debitrix incurrendi pœnam clausuræ Ianuæ CœliEmpyrei,potuit Deus dispensare cum ea in tali lege, suumque ei privilegium concedere,vt ad minus ad tempus obiter, & transeuntei sibi panderetur illa Cœlestis Ianua,alijs omninò clausa. Etsi non potestis negare fuisse possibile, & defacto non incurrisse originale peccatum, etsi clamet Paulus: *Omnes in Adam peccaverunt*, & alij Scripturæ Textus, & Patrum Testimonia;cur non ita factum asseritis in legibus ingrediendi Empyreum: cum dispensatum legamus cum eam in pluribus alijs legibus latis per Spiritum Sanctum, & per Sacras Scripturas notificatis? Si possibilitas datur, dispensatio in legibus generalibus difficilè negatur cum Matre Gratiæ, & Domina Virtutum.

***

eum ascendit. Sed prioritas Resurrectionis Dñi. non stat in hoc, quod prior alijs resurrexit, cum multos ante ipsum resurrexisse Legamus, & per Prophetas, & per ipsum Salvatorẽ: ergo in aliquo alio eius debemus collocare excellentiam, & prioritatem. Sancti Patres illam collocaverunt in eo, quod fuerit primus, qui resurrexit ad vitam immortalem, & æternam, amplius non moriturus, quod & significavit Apostolus ad Rom. 6. *Christus Resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Et S. Ioann. Damasc. citat. in nota §. 13. dicit: *Quamquam enim alij quoque à morte ad vitam excitati sint, morte tamen rursus functi sunt, nec futuræ veræ Resurrectionis imaginem exhibuere poterunt. Solus autem ipse Resurrectionis illius Author, ac Princeps extitit, vt qui immortali Resurrectione ad vitam redierit.* S. Augustinus ibidem citatus: *Resurrectio mortuorum, vt iam non moriantur, ante Christum nulla.*

152 Prioritas etiam Ascensionis in Cœlum stare etiam non potest in eo, quod prior Divinam Essentiam viderit: nam prioritate temporis illo priores eam vidisse Adamum, Moysem, & Virginem Sanctissimam, manet à nobis cum Expositoribus, & Sanctis stabilitum. Neque in eo quod prior permanentem illam viderit in Empyreo: nam Angeli Beati eo priores, tempore multo, possederunt Cęlum: neque in eo quod primus viderit essentiam transeunter, quod ipsi non contigit, & alijs dictis contigit prius. Stat ergo prioritas, & excellentia Christi, in eo quod prior omnibus fruitus est Essentia Divina, perpetua, & continua permanenti Beatitudine formali, & in eadem æterna materiali, quam ascendit prior in die suæ Ascensionis: die illo eam parare nobis ascendit, istius fuit verus Præcursor, & viam hanc novam, à nullo sic tritam, initiavit; & in hac excellentia nullus fuit prior ipso, nec sua Purissima Genitrix, nec sic asserit Serva Dei Maria de Agreda, sed obiter transeunter: ergo modus, quo hæc pia Author asserit Sanctissimam Mariam ascendisse in Empyreum, Corpore, & Anima, excellentiam Filij eius, nec primitatem offendit. S. Ioannes Chrysostomus commendat in hoc sensu excellentiam Ascensionis Salvatoris cum t. 3. serm. de Ascens. dicit: *Hodiæ Angeli, atque Archangeli naturam nostram in sede Dominica immortali gloria fulgentem viderunt.* Huius gloriæ perennis media possessione, quam Christus accepit in nostra natura: *Hodie Paradisi possessores formati sumus.* dicit S. Thomas cum S. Leone, serm. 1. de Ascensione.

153 In hoc sensu est excellentia N. Redemptoris, in hoc stat eius prioritas singularis, à nullo prior ipso obtenta in hoc modo; & in hoc sensu satis probabiliter explicari possunt textus adducti ex Scriptura à censoribus Parisiensis, & Sanctorum Patrum authoritates relatæ §§. primis notæ, & à paritate sic: Non obstante, quod sacra pagina dicat

Christum Dominum esse *Primogenitum mortuorum, Primus dormientium, & primitiæ mortuorum,* non dicunt Patres esse excellentiam eius; esse primum prioritate, vtcumque temporis; sed esse primum in Resurrectione immortali, permanenti,& continua, amplius non moriturum. Ergo non obstante, quod dicat Scriptura, & Patres Christum Dominum primum ascendisse in Empyreum, salvavitur primitas eius per hoc, quod fuerit primus, qui ascendit ad continuam permanentem beatitudinem formalem,& materialem,seu ad Cœlum Empyreum. Si autem dicas Angelos etiam sic priores ipso Cœlum ascendisse: tunc dicam, quod, si excellentia Christi intenta in Scriptura solum intelligitur respectu hominum, sufficit asignata. Sin verò ad homines,& Angelos extenditur: dicam eius excellentiam salvari in eo, quod prior ascenderit in Empyreum formale, & materiale, ad immortalem gloriam, & permanentem ex proprijs meritis, & ex sua propria virtute, quod nullus habuit, nec habebit Hominum, vel Angelorum.

154 Favor, quem asignat concessum Dulcissimæ Angelorum Reginæ, non est huiusmodi, sed ad tempus obiter, & transeunter, & sæpè quin Essentiam Divinam intuitivè videret, & frueretur; sed solum abstractivè,& per species impressas divinæ naturæ, non à sua virtute,& potestate, sed vel ab Angelis assumpta, vel per specialem modum supernaturalem. Hæc omnia dicta fundata in Catholicis doctrinis,& Patrum authoritatibus, quin Scripturæ Sacræ vlla sit oppositio, favoris huius posibilitatem comprobant, & decentiam, & maximam congruentiam rationes hic asignatæ à Ven. Abbatissa: accidisse defacto Dominæ mundi testatur Serva Dei, & sibi fuisse à Domino revelatum iteratis vicibus: vndè ergo poterit Iudicare Syndicus esse falsum, & temerarium, nisi quia, vel non credit vllas esse revelationes particulares in Ecclesia Dei; nisi quia non credit,nisi Verbo Dei scripto,vel tradito in Ecclesia,nisi quia non credat fecisse illi magna: qui potens est; & quod talia sunt, vt nec ab Angelis, nec ab ipsa suprema Regina cognosci valeant sine expeciali auxilio Divino; nisi quia non pie Iudicet non omnia fuisse in Ecclesia revelata, nec perpetuis temporibus vsque ad finem mundi sunt plura revelanda, quod esset contra Sanctos Patres, quos si legisset prædictus censor in apparatu nostri defensorij §§.2.& 3. & motiva piæ credibilitatis, quæ per totum illud damus, Iudico ipsum recessurum à censura sua cum alijs commilitonibus suis.

155 At dices; Si toties Purissima Virgo pius steterat in Empyreo, vndè tanta Angelorum admirationi die Ascensionis ex novitate videndi naturam humanam in Christo in illa Cœlesti Curia, qualem verba Psal.23. *Quis est iste Rex gloriæ* indicare videntur? Et Isaiæ 62. *Quis est hic, qui venit de Edom tinctis vestibus de Borra*? Sed licet Patres multa

aſsignent motiva; ſed non præciſsè, quia de novo videbant humanam naturam in Cælo; ſed quia illam de novo conſpiciebant admiſſam ad perpetuam, & inacceſsibilem gloriam: ſicut mirarentur cives, qui etſi admitti aliquoties vidiſſent tranſeunter aliquam perſonam extraneam in ſua Civitate; & nullam permanenter, quando viderent aliquam admitti ad perpetuam permanentiam, & poſſeſsionem Regni, & Coronæ illius acquiſito Iure, vt multi cum ipſo, & propter ipſum deinde admitti deberent. Peregrina aſt natura humana Cœlo, & quaſi peregrina ducitur, dum per Redemptorem noſtrum in Cœlo collocatur. S. Gregorius, teſte hom. 9. in Evang. Peregrina aſcenderat in noſtra Regina ad Curiam Cœleſtem ante Filium ſuum, ſed ad tempus breve, & tranſeunter. Peregrina aſcendebat in Chriſto, ſed ad perpetuam habitationem poſſeſſura Regnum, & ſupremam Coronam cum iure ad Regnum pro ſe, & pro multis fratribus ſuis. Iure ergo meritò mirabantur Cives illi Cœleſtes de hac ſtupenda, & numquam viſa novitate, quam nec in ipſa Matre Gratiæ conſpexerant: non ergo admiratio iſta Angelorum tollit, quàm prius Maria Sanctiſsima obiter ſtitiſſet in Empyreo.

156 Dices amplius: Si Virgo Puriſsima nullum aliud impedimentum habuit, vt aſcenderet in Empyreum, niſi illud inacceſsibilitatis, & ſtatus viæ; ſi ante Filium mortua eſſet, aſcenderet ante Filium Empyreum perpetua gloria fruendum, & tunc offenderet excellentiam dictam, & prioritatem aſſertã Chriſti D. reſpondetur, caſum eſſe dabilem in alia providentia, quia Domina Puriſsima decreta erat, vt eſſet coadiutrix, & cooperatrix fideliſsima cum Filio in ſua Paſsione, & erat ſuper vivitura ipſi: & tunc nihil officit ſuppoſitio: nam ſi homo non peccaſſet, & veniret Verbum Carnem aſſumere, quando modo venit, multi ante ipſum aſcendiſſent in Cœlum cum perpetua poſſeſsione, & tunc prioritas Chriſti ſumeretur, non à priore permanentia Cœli, ſed ab eo, quod ipſe prior intraret ex proprijs meritis, & alij propter ipſum. Sic refert, nec impugnat S. Bernardinus Senenſis, ſerm. 1. poſito in libro dicto: *Monumenta antiqua Seraphica*, fol. 9. & Antonius Chucarus, & alij in nota, §. 15. Ipſe Author notæ reſpondet data ſuppoſitione, quod, ſi obijſſet Virgo Sanctiſsima glorificaretur ſtatim, ſed non conſcenderet Cœlum, non quia aliud impedimentum haberet, ſed quia permaneret cum ſuo Filio Sanctiſsimo cum Angelis aſſociata, cuius præſentia eſſet illi iucundior, quam illa materialis Empyrei; ſicut menſurunt Sancti Patres, qui cum Chriſto ſurrexerunt, quadraginta diebus illis ante eius Aſcenſionem. Ex quo ſemper ſubſiſteret Chriſti D. excellentia, & prioritas. Si magis ſcire deſideras conſule notam attentè, & pro nunc ex ea hæc dicta ſufficiant.

ARTICVLVS DECIMVMQVINTVS.

SVPER ARTICVLVM QVINTVMDECIMVM DEPVTATORUM, vndecimum vero censuræ latæ nomine suppostitio Facultatis Parisiensis.

PAg. 390. & n. 344. *Partus Annæ felicissimæ, tàm purus fuit, & mundus, quàm expediebat Filiæ eius divinæ, à qua puritas deribavatur in Matrem, & licet ex causa hac aliqua non indigeret purificatione, tamen exactissimè debito legis satisfecit, exhibendo se oculis hominum Matrem immundam, quæ immunis erat à pensionibus, quas præcipiebat lex purificare.*

CENSVRA VTRIVSQVE INDICVLI.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & Verbo Dei contraria.

157 COnvenerunt Deputati, & Syndicus in excerptione, & censura huius. Sed non parum miror de animo sitate eorum inferendo sententiam contra Nostram Servam Dei. Hæc enim in principio numeri dicti refert præceptum Levitici 12. & legem purificationis, omnibus parturientibus, concepto semine, impositam: & potuerunt concipere isti censores Religiosam, tàm prudentem, tamquè sapientem, si illam illuminatam à Deo nolunt credere, tàm subitò dissipuisse, & quod nullo interposito intervallo se opponat Scripturæ, quàm ipsa adducit, vel illius verum sensum non percepisse! Undè aut dicendum erat nimis ignaram fuisse, aut ipsos mentem illius non intellexisse, aut censuram cadere super id, quod ipsi finxerunt, non in id, quod expressarat Serva Dei. Quod vt appareat, litteram numeri latinitati sic dono.

158 ,, In capite 12. Levitici præceptum legis erat, quod fæmi-
,, na, quæ filiam peperisset, esset immunda duabus hebdomadibus, &
,, permaneret in Purificatione sui partus sexaginta sex diebus (dupli-
,, catis diebus partus masculi) cumque expleti essent dies omnes suæ
,, Purificationis iubebatur offerre pro filiabus, seu pro Filijs in holo-
,, caustum agnum anniculum, & pullum columbæ, sive turturem pro
,, peccato ad ostium Tabernaculi, tradendo eum Sacerdoti, qui il-
,, lum offerret Domino, & oraret pro ea, & sic mundabatur. Partus
,, Annæ felicissimæ, &c. Et prosequitur propositionem, quam censores excerpserunt. Quid in his voluerit Theodidacta Nostra adipisci-

ur facile: Nam fęmina quævis alia parturiens Filiam, patiebatur pro
ubium sanguinis, ob quem erat immunda diebus istis, nec poterat in-
gredi Templum, nec quid Sanctum tangere. At fęlicissima Anna Ge-
itrix Purissimæ Mariæ, eo quod in partu suo nullis est inquinata flu-
ibus sanguinis menstrui, non eguit separari diebus istis, nec contineri
b hijs, quæ lex prohibebat, quia partus eius fuit mundus, & purus,
rout decebat Filiã, à qua derivabatur puritas in eam, & propter quam
mmunis fuit à pensionibus naturæ; & quamvis ex causa hac Purifica-
ione non indiguerit; ex eius humilitate, executa est omnia, quæ lex
ræcipiebat, & segessit, ac si verè esset immunda.

159. Propter multos fines poterat lex compellere fęminam ad
urificationem: & propter honestatem virtutis obedientiæ præcepti
Domini; & propter virtutem Religionis in sacrificijs imperatis; &
ropter gratiarum actionem pro nata prole; & liberatione à periculo
artus, & propter Purificationem à sordibus, & immundicijs naturæ.
erva Dei Maria de Agreda dicit S. Matronam Annam non indiguisse
lia Purificatione, vt mundaretur à sordibus, & immunditijs partus,
ia s non contraxerat ob decentiam Filiæ: illa sua restrictiva: *Et licet
hac causâ alia non indiguerit Purificatione*: hoc clarè indicare cog-
oscitur: & quod dicere non voluerit, non indiguisse absolutè Purifi-
tione, sed tantum, vt à sordibus munda censeretur; sed non negat
lle obligatam ad legem Purificationis ob alios fines assignatos; imò
fferens non esse ligatam ex vno; dicit ligatam ex alijs pluribus, quia
stringens ad vnum; alios in suo vigore stare dicere videtur. Eluci-
tur exemplo: præceptum Ieiunij imponitur, & propter excolendam
rtutem temperantiæ, & propter subijciendam carnem spiritui: si
uis describens penitentias S. P. N. Francisci, aut S. Antonij Patavini,
ceret Sanctos hos esse tàm maceratos carne, vt ad corpus subijcien-
um spiritui alio mortificante non indigerent, quàm suis voluntarijs
nitentijs; iudicaretur dicere per hoc, non esse obligatos præcepto
iunij ex alijs motivis in præcepto imbibitis? nullo modo. Sic in nostro
su.

160 Præterea, si quis describens vehementissimum amorem
hristi Domini, erga genus humanum, diceret esse tantum, vt ipse so-
sufficeret ad moriendum pro illo, non negaret ad hoc compelli ex
terno præcepto: ergo dicere S. Annam non compelli ad Purifica-
nem propter immundicias, non negat compelli propter alios fines
ceptos. Rursus, Abulensis, Oleaster, Cayetanus, & Jansenius super
d Leviticі tenent Deiparam Sanctissimam implevisse ex debito le-
m Purificationis, quia etsi peperit Dominum purissima, & ab omni
de mundissima, ex vi verborum legis ab hac obligatione non erat
clusa: ergo posset dici cum probabilitate Matrem eius ex vi verbo-

cum legis obligari præcepto Purificationis, etsi dicatur illa non obligari ex motivo Purificandi se à sordibus,& immunditijs, quas propter Filiam non contraxerat. Ex quibus patet non constare Servam Dei Mariam de Agreda in sua excerpta propositione dicere dispensatum esse cum S. Anna Matre Purissimæ Virginis in præcepto Purificationis partus sui, quin potius satis probabiliter arguitur ipsam ad illud esse obligatam; hoc stante non est caput est quo posit sua propositio censeri falsa, temeraria,& Verbo Dei contraria: ergo nullum in ipsa est fundamentum asignatæ censuræ.

161 Sed ne dubitari contingat de puritate,& munditia partus S. Annæ,proveniente ei propter decentiam , & puritatem suæ Dulcissimæ Filiæ nascentis,quam tenet Author nostra; audiatur ipsa Purissima Virgo apud S. Brigittam. lib. 4. cap. 104. vbi dicit: *Mater mea,quando, & postquam nata fuit, sic erat pulchra, quod nulla erat in ea macula.* Reddat S. Ildephonsus: *Maria de Anna sterili,& Patre etiam sene extra consuetu dinem mulierum.... mundo corde, & corpore ab omni polutione carnis orta est*: nec de Filiæ talis puritate vllus audeat dubitare: quando Sancti Patres, & Ecclesia puritatem nativitatis eius summis extollunt præconijs: *quæ* orta est *sicut Aurora consurgens,pulchra vt Luna, electa vt Sol.* Nec etiam dubitare liceat illam puritatem, & munditiam refudisse in suam proximam Matrem, quando in suos parentes remotiores plurima excellentiora beneficia derivásse pie credamus cum S Bernardino Senens. Serm. 62.t. 1. vbi dicit: *Propter hanc creaturam nobilissimam Deus salvavit primos parentes de prima eorum transgressione:Noe de diluvio circundante: Abrahã de cædeChodorlahomor:Isac de Ismaele: Jacob de Esau: Iudaicum Populum de Ægypto, & impia Pharaonis manu;de Mari Rubro,de Bitulo in deserto:de manibus diversorum Regum,& Tyrannorum,scilicèt Nabucodonosor, de captivitate Babylonis, de Assyriorum: David de Leone, & Vrso,de Goliath,de Saule,&c.*

162 Demus Servam Dei dicere, quod cogitaverunt nostri censores; & S. Annam nullo teneri præcepto Purificationis, & cùm ea dispensatum in tali lege. Quid non piè credit iustum est dispensatum cum ea in tale lege, qnando in pluribus alijs communibus legebis, concepit sterilis, & sine concupiscentia, & libidine peperit sine sordibus, & immunditijs. Fecit Deus cum ea multa miracula magna cur hoc negemus? Maximè cum cædat in laudem Dulcissimæ Natæ. Si enim Pastores Bethelemici, legales immunditias non contraxerunt tractantes cum Sanctissima Virgine sui puerperij die, quod facere prohibebantur ex ista legeLevitici,vt tenet S.IldePhonsusSer.2. de B. Virgine apud Lorinum cap.12. Levitici,& consequenter dispensatum est in eo cum illis propter Mariam; & propter hanc Dominam non dispensatur melius? Non possunt habere censores aliud motivum, nisi

quia hoc non constat ex Verbo Dei scripto, vel per Apostolos tradito. Quod si valeat, consequenter omnes excellentias Purissimæ Deiparæ; quas Deus, Sanctis Patribus, vel revelavit, vel inspiravit, & vsque ad finem Ecclesiæ inspiraturus est, quod quam grave incoveniens sit iudicet prudens. Restat ergo, quod, sive textus scriptricis sumatur, vt ipsa dicit, sive vt eius æmuli volunt, eius propositio sit vera, pia, probabilis, nec Verbo Dei contraria.

ARTICVLVS DECIMVSSEXTVS.

SVPER SEXTVM DECIMVM ARTICVLVM Deputatorum.

PAg. 454. n. 402. Vt omnibus modis esset Mater Misericordiæ, & Mediatrix gratiæ, quin vllum præteriret momentum, tempus, aut actionem, in quibus eam posset acquirere pro se, & pro nobis.

CENSVRA.

Hæc propositio, vt iacet, falsa est, & erronea, & Christo, vni per Redemptionem mediatori, iniuriosa.

MENS LITTERÆ AVTHORIS.

263 REfert Ven. M. de Agreda in hoc numero aliqua exercitia, in quibus exercitabatur Infans Dulcissima Regina Maria anno, & dimidio infantiæ suæ: sic Sermone latino tradita: Recedebat aliquando temporibus opportunis, vt sola frueretur, „ cum libertate maiori, aspectu, & colloquijs divinis suorum Sanctorum Angelorum, vt ostenderet eis cum signis externis Dilecti sui „ amorem ardentem. Et in aliquibus exercitijs, in quibus exercebatur, procidebat flens pro peccatis mortalium, & affligens corpusculum illud perfectissimum, ac tenerum, rogans, & inclinans Altissimi misericordiam, vt eis præberet magna beneficia, quæ ex „ templo cæpit eis promereri. Et licet dolor internus culparum, quas „ agnoscebat, & vis amoris, quo afficiebatur, in Infante divina producebant effectus intensissimi doloris, & pœnæ, quando in illa ætate cæpit vti viribus corporis, eas exercuit cum pœnitentia, & mortificatione, vt esset in omnibus Mater Misericordiæ, ac Mediatrix „ gratiæ; quim vllum amitteret momentum, tempus, aut actionem, „ in quibus eam posset acquirere sibi, & Nobis,

264 Sic

164 Sic iacet propositio notata à vobis, ò Censores scrupulosi, ostendite obsecro vbi est Verbum, per quod iniuriam inferat Christo D. per redemptionem vnico Mediatori? non invenetis, nec in numero hoc; nec in tota Historia Authorem nostram dicere Sanctissimam Reginam Mediatricem nostram esse gratiæ per Redemptionem. Purissimam Dominam semper fuisse, & esse nostram Mediatricem apud Altissimum, Sanctorum Patrum vnanimis prædicat authoritas, quos damus in apparatu nostri Defensorij n. 110. Quomodo munus hoc exercuerit, significat Serva Dei: dicens hic hoc exercuisse procidendo, & flens pro peccatis mortalium: affligendo suum corpusculum: rogando, & inclinando misericordiam Dei, vt præberet beneficia hominibus: exercendo vires corporis in actibus pœnalibus, & mortificationis: si operationes istæ indicant mediationem per Redemptionem, quam plurimi Sancti, qui ad imitationem suæ Reginæ talia opera executi sunt, & eodem fine, vt patet in suis historijs admissis, dici poterunt iniuriosi Christo D. vnico Mediatori per Redemptionem: etsi isti ex hoc non sit sunt iniuriosi, cur Sanctissima Virgo? Sed videamus censuram nomine Facultatis contextam à Syndico, in qua suam mentem, & Deputatorum detegit.

QVID CENSVRA, PARISIENSI FACVLTATI *appropriata, dicat circa articulum hunc in suo duodecimo articulo.*

165 LAtebat omnes, quid Deputati voluerant in sua censura, & quare tam sine fundamento litteræ Authoris significare voluerunt ipsam dicere Sanctissimam Mariam esse Mediatricem gratiæ per Redemptionem, aut modo quo Christus fuit, redimendo genus humanum; quoadvsque in congressibus Sorbonis facta est contentio inter Doctores Factionis, & Agredinos. (sic vocabantur ab illis, per irrisionem Defensores nostræ Abbatissæ) Factiosi titulum mediatricis absolutè, & omnimodè Virgini Matri negabant; Agredini cum Patribus, & Ecclesiæ vsu, pro illo ei conservando, fortiter decertabant, & tam acriter dimicatū est, vt Populus Parisiensis, Zelator honoris Reginæ Angelorum commotus dicatur contra turbatores illius. Illustrissimus Archiepiscopus, & maior Doctorum numerus, vt commotionem se darent, compulerunt Deputatos se explicare, & titulum Mediatricis Sacratissimæ Mariæ absolutè non denegare, sed illam profiteri Mediatricem præ omnibus Sanctis stare per suam Sanctissimam intercessionem, vel vt dixerunt in Præfatione cum S. Basilio, & alijs Patribus: *Tum pro materna, qua salutis nostræ negotium apud Filium per*

tractat charitate: tum pro summa, qua apud ipsum pollet gratia. Quare hoc supremo præcepto compulsi, confessi sunt Mariam Sanctissimam nostram esse Mediatricem gratiæ per intercessionem, sed censuram eâdem protulerunt sequentibus verbis: *Licet Sanctissima Virgo præ omnibus Sanctis Mediatrix sit per intercessionem*: Hæc tamen propositio, quatenus asserit illam esse omnibus modis Mediatricem, falsa est, erronea, & Christo, qui solus Redemptor, ac Salvator noster est, & vnus per Redemptionem Mediator, iniuriosa.

166 Sed cum littera Authoris nihil de hoc diceret, & ipsi semper persisterent in sua præiacta censura, necesse fuit ad traductionem Gallicam recurrere, & in eam invenimus aliqualem potuisse invenire occasionem: nam vbi Serva Dei dicit: *Para ser en todo Madre de Misericordia, y medianera de la gracia*: Gallicus traductor vertit: *A fin qua m ille fut en toutes les manieres Mere de Misericordi, & Mediatrice de la grace.* Intelligendo ergo ly *entoutes les manieres, in omnibus modis*; sic potuerunt suum formare discursum, & censuram: Religiosa ista dicit Sanctissimam Virginem fuisse Mediatricem gratiæ omnibus modis; sed sub illa vniversali *omnibus modis* continetur mediare per Redemptionem: ergo dicens esse Mediatricem gratiæ omnibus modis, dicit esse per Redemptionem; sed hoc iniuriam infert Christo vnico Mediatori gratiæ per suam Sanctissimam Mortem, & Passionem: ergo, & dicta propositio, &c. Si hoc ita est, quia aliud non reperitur fundamentum censuræ, optimè censores hos insimulat de nullitate Declamatio illa, & expostulatio iuridica impressa Compluti hoc anno 1697.

§. 2. Quod sine examine, & collatione traductionis cum Authographo scriptricis tulerunt sententiam contra illam, dimisso impune Traductore, qui culpam commiserat, si quæ est.

167 Absolutè non benè convertitur ly *para ser en todo Medianera* in illud: *entoutes les manieres*, *seu omnibus modis*; aliud enim est esse Mediatricem *omnibus modis*, aliud esse Mediatricem *in omnibus*: esse Mediatricem omnibus modis, non solum comprehendit actiones omnes mediandi, sed & omnes modos mediationis. Esse Mediatricem in omnibus significat mediare per omnes suas actiones, seu in omnibus suis actionibus semper Mediatricem fuisse. Hoc secundo modo significat mediasse in omnibus operibus suis; non tamen omnibus modis mediationis. S. Mater Ecclesia dicit de S. Didaco in Missa: *Humiliavit se in omnibus, & coram Deo invenit gratiam.* In quo significat in omnibus suis actionibus humilitatem exercuisse, non tamen modos omnes humilitatis; quia non modo, quo dicit Apostolus ad Philippen. 2. Christum se humiliasse vsque ad mortem crucis, nec modo, quo Sanctissima Virgo. Nec invenisse gratiam omnibus modis, quibus Domina ipsa. In Officio S. Petri de Alcantara: *In omnibus*

 exhi-

exhibuit se, sicut Dei Ministrum, non omnibus modis, quia non sicut Christus, qui venit ministrare. Quare littera scriptricis; & versio nostra conformis est, & intellecta de Purissima Maria nullam inducit iniuriam Filio eius Redemptori. Si qua est deformitas cum textu scriptricis, & crimen est in traductione modo, quo illam voluerunt strictissimè, & rigorosè intelligere censores, nolentes animadvertere, quod vniversales multoties non sumuntur pro singulis generum, sed proportione accommoda.

168 Sed non debuerunt strictissimè, & absolutè intelligere censores, sed iuxta modos mediandi, quos descripserat ipsa in eodem numero: si sic intellexissent, optimè traduxerat transcriptor Gallicus, nam esset dicere omnibus modis assignatis, & Sanctissimæ Deiparæ proportionatis, & debitis, sed ibi non fuerat assignatus modus mediandi per Redemptionem, nec erat proportionatus, nec debitus Mariæ, sed solum per intercessionem flendo, & se affligendo pro peccatis: petendo, & inclinando misericordiam Altissimi, impendendo vires suas in operibus pœnosis, & mortificationis, non transmittendo momentum, tempus, nec actionem, in qua non acquireret sibi, & nobis gratiam, vt omnibus his modis esset Mater Misericordiæ, & Mediatrix gratiæ; sed intelligendo de omnibus his modis dictis, nec iniuriam facit Christo vnico Mediatori per Redemptionem, nec aliqua ex his actionibus inducit Redemptionem, cum similes repertæ fuerint in pluribus Sanctis, qui non fuerunt Mediatores per Redemptionem. Cum autem Serva Dei de his actionibus esset interpretanda, & modis, sicut iudicatur traductorem interpretatum fuisse; & non velle comprehendere modos omnes possibiles, qui imaginabiles sunt; & extrahere Interpretationem ad illos, de quibus ipsa non fuerat locuta, est voluntariè quærere occasionem carpendi, non ex verbis suis, sed ex imaginatis ab æmulis, & tunc in eos militant doctrinæ Patrum, quas damus in nostro Defensorio à n. 718. vsq. ad 722. & ex dictis propositio Authoris libera manet à censuris assignatis, traductio defensa, & censores propter suam malitiam per Patres, & Sanctos reprehensi.

ARTICVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

SVPER SEPTIMVM DECIMVM ARTICVLVM Deputatorum.

N. 13. *Introd. opus erit, ô Pijssima Maria, vestra clementia dignum; inopem elevare de pulvere, & quod ex aetili, & minus apto subiecto faciatis instrumentum ad opera tam difficilia, quo gratiam vestram magnifi-*

nificabitis, & quas vester Sanctissimus Filius vobis communicavit.

CENSVRA.

Hæc propositio, quæ in Sanctissima Virgine Deipara gratiam admittit distinctam ab illis, quas Christus ei communicavit, falsa est, temeraria, & Verbo Dei contraria.

LITTERA, ET MENS AVTHORIS.

169 VEn. Serva Dei Maria à Iesu in introductione ad suam Divinam Historiam tota est in referendo modum, quo præparata fuit ad eam scribendam. Et enarratis præceptis Dei, Angelorum Sanctorum, suorum Superiorum, ac Confessariorum, quibus ad scribendum compellebatur; & promissis ab eisdem sibi factis de adiutorio, & auxilio in hoc opere sibi præstando; quorum vnum erat, Sanctissimam Virginem futuram esse eius benignissimam Magistram, non valens vltra rationaliter resistere, determinata tantis Iussis obtemperare, ad suam Magnam Dominam conversa, vt impleret Pijssima Domina, quod sibi promiserat, eius auxilium, & adiuctorium implorando ad hoc opus exequendum Iuxta Divinum beneplacitum, sic ad eam reverenter affata est, n. cit. O Regina, & Dominam ea, melius erit ergo, quod in vilitate mea vestra resplendeat benignissima pietas, ac misericordia, atque dexteræ vestræ favor liberalis. Melius erit, quod eum mihi impendatis, ad obsequendam vestis Iussis, quam in vestram incidere indignationem. Erit ergo opus, ò Purissima Mater, vestra clementia dignum, inopem elevare de pulvere, & quod ex debili, & minus apto subiecto faciatis instrumentum ad opera tam difficilia, quo magnificatis gratiam vestram, & quas vester Sanctissimus Filius vobis communicavit. Hæc sunt Authoris nostræ verba.


IMPVGNATIO CENSVRÆ.

170 AUthor secundi indiculi iudicavit indignum extrahere propositionem hanc in eo, & illam cẽsura ferire, quare totam recantavit, cognovitque Deputatos ex mala intelligentia litteræ Authoris processisse, & gratiam activam Sacratissimæ Deiparæ, seu favorem, & adiutorium, & Magisterium, quod sibi fuerat promissum à Domino, & quod modo ad incipiendum humiliter implorat ab ipsa sua Dulcissima Magistra sibi impertiri, censuerunt gratiam passivam, existentem in Matre Misericordiæ, & distinctam ab illis,

quas

quas suus Sanctissimus Filius ei communicaverat, Sufficeret nobis pro impugnatione recantatio ista eorum cum sotio suo prædicto. Sed pro maiori Litteræ explicatione, & Deputatorum confutatione, sciendum venit Gratiam iuxta phrasim Scripturæ dupliciter acceptari. Primo, pro dono aliquo supernaturali à Deo animæ collato, & passivè in ea recepto. Secundo, pro favore, beneficio, aut dono, quod aliqua creatura alteri confert liberaliter, & misericorditer. Adeò certum hoc est, vt IndexBibliæ verbo*Gratia*, quã loca plura referat Scripturæ, in quibus hæ & aliæ acceptationes nominis*Gratia* reperiũtur, quod iudico superfluum transcribere, & apud vulgarem modum loquendi mos consuevit dicere, quãdo quis ab aliqua persona potenti, aliquod beneficium, mercedem, & favorem implorat, dicere: ***impende mihi hanc gratiam.*** Et hic Itali dicunt: ***me faciat questa gratia.***

171 Serva Dei Maria de Agreda non dicit Sanctissimam Mariam magnificaturam gratiam suam, quam habebat acceptam à Deo, sed gratiam suam, beneficium, seu favorem, quem sperabat sibi elargituram, eam adiuvando in descriptione suæ Divinæ historiæ, eam docendo, & admonendo; vt ista Religiosa velut instrumentum debile, & minus apto illam scriberet: Divina Regina tanquam causa principalis eam moveret, & actione sua concurret ad hoc opus elaborandum iuxta Divinum beneplacitum. Dicere esse falsum, temerarium, & contra Verbum Dei, SanctissimamNostramDominam exhibuisse multis suam hanc gratiam activam, favorem, ac beneficium, distinctam ab illis, quas suus Sanctissimus Filius ei communicavit, est negare ipsam Dominam Nostram esse, & fuisse benefactricem, & largitricem favorum, donorum, & beneficiorum; quod, quam indignum sit iudicare, non pondero. Potuit optimè hæc Discipula Mariæ Sanctissimæ ab ea exposcere, quod faceret illi hanc gratiam adiuvandi, & docendi eam, quæ proculdubio esset distincta ab illis, quas ipsa Domina acceperat à Domino, & qua actione eius, hæc gratia, & aliæ ipsius magnificarentur; hæc, quantum magnificatur Artifex, qui medio instrumento improportionato elicit opus sublissimum; Illæ quia in hac Historia erant extollendæ ad Cœlum mediante fœmina ignara, vt cognosceretur tota esse Divina, quod totum per se patet, & quod propositio immunis est à Deputatorum censura.



AR-

ARTICVLVS DECIMVS OCTAVVS.

SVPER DECIMVM OCTAVVM ARTICVLVM Deputatorum.

PAg. 335.n.300. *Si mortales haberent oculos satis perspicaces ad inspiciendum lucem Purissimæ Mariæ, ipsa sola sufficiens erat ad illuminandum omnem hominem venientem in mundum, & ad omnes dirigendas per vias rectas æternitatis. Et quia omnes quotquot venerunt ad agnitionem Dei, ambulaverunt in lumine huius Sanctæ Civitatis, dicitur à Ioanne:* Ambulabunt Gentes in lumine eius.

CENSVRA.

Hæc propositio, quatenus soli Sanctissimæ Deiparæ tribuit, quod soli Christo competit, falsa est, scandalosa, erronea, & Christo Salvatori Nostro iniuriosa.

MENS, ET TEXTVS AVTHORIS.

172 POstquam Serva Dei Maria de Agreda descripsisset Immaculatæ Conceptionis Mysterium, vt alia arcana, quæ in ea contigerat, detegeret, missa est ad cap. 21. Apocalypsis, quod adaptat tali mysterio, & arcanis. Et postquam transcripsisset vers. 23. dicti capitis, qui est: *Et Civitas non eget Sole, neque Luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna eius est agnus*: intelligens per hanc illuminationem, instructionem, & doctrinam, dicit Sanctissimam Mariam non indiguisse alio Sole, & Luna creaturarum, quæ eam docerent, & illuminarent, quia sola sine exemplo placuit Deo. Nec eius Sapientia, Sanctitas, atque operandi perfectio magistrum alium habuere non potuit, neque minorum arbitrum, quam ipsum Solem iustitiæ, suum Sanctissimum Filium. Supposito non fuisse ab alio instructam, quam à suo Filio Divino, vt significaret, quantum in hac Divini Magistri profecisset Schola, progrediens ad vers. 24 dicit tam sapientem prodijsse, vt de ea dicere potuerit Evangelista: Et ambulabunt gentes in lumine eius. Nam si Christus D. N. appellavit, & Sanctos luces accensas, positas super candelabrum Ecclesiæ, vt illuminarent eam, & de luce ac splendore, quem Patriarchæ, & Prophetæ, Apostoli, Martyres, & Doctores diffuderunt, Ecclesiam Catholicam tanta repleverunt claritate, vt videatur Cœlum vnum cum

,, multis Solibus,& Lunis; quid dici valebit de Maria Sanctissima, cu-,, ius lux, ac splendor incomparabiliter excedit Magistros cunctos,& ,, Ecclesiæ Doctores, necnon ipsos Angelos Cœli? Si mortales habe-,, rent oculos satis perspicaces, &c. Et prosequitur verba, quæ excerpsere Deputati vsque ad vltimum numeri.

173 In his omnibus nil aliud dicit Serva Dei, nisi quod Sanctissima Maria non eguit creaturarum instructione: quod eius vnicus Magister fuit Filius eius Sanctissimus, ex cuius Schola prodijt adeò sapiens, quod si Christus suos Discipulos, & Doctores vocavit luces accensas Ecclesiæ, vt eam illuminarent, quorum luce sic splendet, sicut si daretur Cœlum cum mille Solibus; possit maiori ratione vocari lumen Mũdi, in quo incomparabiliter excedit lucem omnium Magistrorum, & Doctorum Ecclesiæ, & etiam illam Angelorum Cœli: quia eius Sapientia talis est, quod si homines possent eam comprehendere, ipsa sola sufficeret, etiam si alij Magistri, & Doctores non starent, ad illuminandum omnem hominem, venientem in mundum: & quod venerunt cum lumine huius Civitatis, quotquot venerunt ad agnitionem Dei, & quod propterea protulit Evangelista: & ambulabunt Gentes in lumine eius. Visa littera Servæ Dei, & paraphrasi eius genuina, comparet luce clarius ipsam non æqualle, nec cõparalle doctrinam Reginæ Angelorũ, cum illa sui Dulcissimi Filij, sed illãm Domini Iesu Magistri Matris extullisse, qui tãta sapientia imbuit eam, vt superet sapientiã tàm hominum, quàm Angelorũ: vndè dicere tribuisse soli Deiparæ, quod soli Christo competit, & hoc illi facere iniuriam salvatori, est purum Deputatorum figmentum, nullam dantè occasionem littera Servæ Dei.

DILVCIDATIO LITTERÆ, ET DILVTIO CENSVRÆ.

174 SEd vt cognoscatur amplius, liceat dictis Sanctorum breviter pertransire. Dicit primo, Sanctissimam Mariam non eguisse alia instructione creaturarum, sed suum Sanctissimum Filium eius stitisse Magistrum. Sic docet Dionisius Carthus. lib. 3. de Laud. Virg. appellans eam: *Discipulam Christi perfectissimam*, S. Thomas à Villanova, cont. 3. de Assumpt. *Discipulam Salvatoris præclaram, quæ non ad horam, nec per diem, sicut Magdalena, sed triginta tribus annis, in schola illius ad pedes eius sedens, audiebat verbum illius, &c.* Philippus Abbas. lib. 6. in cantic. cap. 1. *Lunam, quæ quidquid lucis obtinet, quidquid gratiæ, vel honoris, à Sole, id est, Christo novit esse, qui est excellentiæ potioris: quo solo minor, ipsa Stellis, id est, Sanctis principatur.* Dicit secundo, Purissimæ Deiparæ sapientiam excelsisse sapientiam omnium Sanctorum, & Angelorum. Quod S. Basilius Seleuciæ confirmat serm. de Annunciatione, dicens: *Sanctissimam Virginem tantum*

Sanctos omnes splendore superare, quantum Sole cætera vicit sydera. Sed præ omnibus Ricardus à S. Laurent. lib. 7. de Laud. Virg. sequens metaphorā Solis vocat eam, *Solem, quia sicut Sol dicitur, quasi solus lucens; est enim Sol iste materialis oculus huius mundi, Lux creaturarum, Speculum creatoris, quo nulla mundana creatura pulchrior, nulla vtilior, nulla clarior, quo lucente, cætera omnia luminaria sic sunt, quasi non sint: sic & dici debet, & credi de Virgine gloriosa respectu omnium creaturarum, non solum hominum, sed Angelorum.* Vide quæ damus in apparatu Nostri defensorij à principio ex Patribus.

175 Dicit tertio, *ipsam solam sufficere ad illuminandum omnem hominem venientem in mundum*: non *solam* excluso Filio, à quo omnem suum splendorem accepisse fatetur, sed sola, seclusis omnibus alijs Doctoribus, & Sanctis, inter quos erat comparatio. Quod S. Bernardus, Serm. de Nativit. Extrenuè prædicat dicens: *Tolle corpus solare, quod illuminat mundum, vbi dies est? Tolle Mariam, quid nisi caligo involuens, & vmbra mortis, & densissimæ tenebræ relinquuntur?* Potuit Deputatis occasionem dare scandali, quod dicat: *ad illuminandum omnem hominem venientem* in mundo, putantibus id asserere modo quo S. Ioann. 1. dicit de Verbo Divino: *Erat Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Si sic est, est crassa imaginatio in viris adeò sapientibus. Meminisse debuerant tritum esse apud Patres, & impugnatores Hæreticorum in Ecclesia plura Epiteta tributa Divinæ Sapientiæ Increatæ, vel Incarnatæ, tribui consuevisse, & applicari cum debita proportione, per participationem à Filio, suæ Sanctissimæ Matri: Est enim *Vita, Dulcedo, Spes nostra, &c.* In hoc sensu dixit Idiota 4. p. Contem. 6. quod *Maria Sanctissima est Lux vera post Benedictum Filium, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quia de B. Virgine potest dici: dedi te in lucem gentium.* Sic etiam fere eisdem verbis prælaudatus Ricardus à S. Laurent. lib. 1. & B. Albert. Mag. in Biblia super cap. 1. Ioann. dicit de ea: *Quod est lux nostra, quæ post Deum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Cum ergo Author nostra dixisset Mariam Sanctissimam illuminasse per lucem à suo Filio participatam, & acceptam, dicendo modo esse lucem ad illuminandum omnem hominem venientem in mundum, dicit sic esse lucem, sed vt participatam à Filio, & consequenter post Filium: & sic est ipsa sua propositio, propositio asserta à Patribus, ac proinde libera à Censura Deputatorum.

176 Dicit quarto quotquot venerunt ad agnitionem Dei, venisse per Mariam. Quod in genere comprobat illud axioma Bernardi & Bernardini, *nihil nos habere voluit, nisi per Mariam.* Sed magis determinate S. Germanus Patriarcha, orat. de factis Mariæ: *O Maria, nullus est qui salvus fiat, nisi per te; nullus, qui liberetur à malis, nisi per te; nemo,*

cui donum concedatur, nisi per te; nemo, cuius misereatur gratia, nisi per te: & B. Albert. Mag. in Biblia super illud: *nemo venit ad me, nisi Pater meus, qui misit me traxerit eum*, dicit: *Sed nunquid non veniunt ad te, quos Maria tua traxit ad te? Vtique omnis, quem traxit Mater ad eum, impossibile est, quod intereat, vt dicit Anselmus.* Sed clarius infertur ex dictis. Ipsa est lux vera post Deum, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum: ergo quotquot venerunt per ipsam, post Deum, venerunt ad agnitionem Dei; ipsa est Regis Alti Ianua, porta lucis fulgida; Paradysu portæ per te nobis apertæ sunt. Vide in Polianthea Mariana verbum *Porta*: ergo dicere: quod: *Ambulabunt Gentes in lumine eius*, est verum, & ex dictis consequum. Ergo dicere Evangelistam hæc verba protulisse, quia per Mariam veniendum est ad agnitionem Dei, verum est etiam; Modo sic: quidquid dicit Serva Dei, comprobatur cum Authoritatibus Patrum, cedit in glossam Dei, & Sanctissimæ Matris eius, & revelatum sic esse huic Servæ Dei: vnde ergo censura Deputatorum lata locum habere potest?

QVID CENSVRA IMPOSITA FACVLTATI PARISIENSI in suo Articulo tertiodecimo circa propositionem hanc?

177 NIhilominus Author censuræ nomine, ficto Facultatis Parisiensis censuit de hac propositione, dicens: *Hæc propositio, quæ Sanctissimæ Deiparæ tribuit, quod soli verbo competit, falsa est, scandalosa, & erronea.* Quare contra ipsum militant quæcunque diximus supra. Solum noto, quod correxit Deputatorum censuram: Nam vbi dixerunt: illi tribuit, quod *Soli Christo competit*, ipse posuit: *Tribuit quod soli verbo competit.* Et omissit particulas illas: *Et Christo Salvatori Nostro iniuriosa.* Sed quare non dicitis etiam: *Et verbo æterno iniuriosa?* Nam, aut sufficiebat dicere tribuere Sanctissimæ Virgini, quod competit verbo, vt intelligeretur esse iniuriosum verbo, aut non? Si non? diminute censuram fertis. Si sic: ergo vestri Deputati excesserunt. Et non correxistis illos? Et non compensatis iniuriam scriptrici? Et æquitas hæc imponitur toti Facultati? Et ipsa substinet? Non credam. Ratio immutationis huius esse potest, quod censor hic adverterit, textum illum S. Ioannes: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum*: Non intelligi de Christo, sed de Verbo. Et optimè dicit, sed castiga Deputatos, & in illos eamdem censuram infige. Cum ergo ex dictis n. 175. pateat ex Patribus Sanctissimam Deiparam dici lucem veram, quæ illuminat omnem hominem, venientem in mundum, & Author nostra dicat sic esse per lucem participatam à Filio, constat ipsam non tribuere Virgini Matri, quod competit Ver-

bo: nam Filius talis esse per Essentiam, & infinito modo; Mater per participationem, & modo finito: & sic, cum falsum sit tribuere vni, quod alij competit, falsa deprehenditur vtraque censura.

ARTICVLVS DECIMVS NONVS.

SVPER DECIMVM NONVM ARTICVLVM DEPVTATOrum, & decimum quartum Censuræ latæ nomine commentitio Sacræ Facultatis.




178. INvertere methodum nostram hucusque servatam proponendo propositionem excerptam à Censoribus, & super illam censuram affixam, compellit inversio nimia ab eisdem facta in suis vltimis articulis primæ 19. & secundæ 14. parva inter ipsos concordia reperitur, discordia magna. Concordant solum in hoc, quod omnes triginta sex propositiones excerpserunt in vtraque censura, & etiam in hoc, quod omnes hac censura transfixerunt. *Hæ omnes propositiones temerariæ sunt* (in secunda addiderunt *respectivè*) *& contra Ecclesiasticæ regulæ modestiam assertæ, pleræque fabulas, & somnia Apocryphorum redolent, & Religionem Catholicam, Impiorum, & Hæreticorum contemptui exponunt.* In qua obiter noto, quod Authores, vel Author huius secundæ censuræ addentes terminum illum *respectivè* recognoverunt non omnes æqualanze omnes has censuras promereri, nec eosdem defectus continere, in quo exprimunt illam Deputatorum iniustè latam, & præcipitem fuisse, etiam respectu aliquarum propositionum. Et quod Authores huius secundæ, cum non destribuant, sicut, & priores, censuram pro merito cuiuscumque propositionis in individuo applicatam, voluerunt confusione involuere veritatem in dedecus huius Ancillæ Christi. Quod, si sit iuxta terminos æquitatis, ipsa Sacra Facultas, si cui imponitur, pro sua prudentia, & iustitia relinquitur.

179 Discordant Authores secundæ à primis in multis. Primo, quia aliquas propositiones, quas distinctè in articulis excerpserant primi, isti congregarunt in articulo vno: Nam ex 2. 3. & 4. articulo fecerunt vnum, non minuendo propositiones, nec earum censuras: & alias propositiones etiam in articulis distinctis positas, remiserunt ad vltimum articulum, & submiterunt censuræ illi assignatæ. Sic fecerunt de 7. articulo, & 9. & 17. Omiserunt, sicque relinquerunt quatuor decim articulos distinctos, cum primi essent 19. congregando tres in vnum, duos deducendo ad numerum triginta sex propositionum, & vnicum recantando. Motivum eorum suspicari valet fuisse, vt cognoscerent Doctores inferioris ætatis impletum fuisse illis, quod fuerat

Syndico, & Deputatis promissum, nimirum minuendum esse numerum propositionum excerptaru m, earumque censuras, vt sic consentirent in sua sententia; quod fecerunt reducentes 19. articulos ad 14. sed in re fere omnes, hoc vel illo modo expreisè collocantes. Et præsumi debet Sacram Facultatem hoc cognovisse, & probasse? ipsa sit iudex.

180 Secundo, mutarunt ordinem, quem illæ 36. propositiones habebant in articulo 19. Sed in hoc aliquam excusationem habere possunt, nam hoc forte fecerunt, vt sequerentur ordinem paginarum libri delati. Tertio, plures propositiones, quas hic articulo 19. excerpserunt Deputati, isti omiserunt in sua secunda censura, recantaveruntque illas; sunt istæ ad minus novem. Quo dignoscitur, aut convictos fuisse tales propositiones omissas, dignas non fuisse censura, & sic Deputatos errasse in sua sententia, & conjecturari, quod in tota; quia qui in novem deliquisse fatetur, & præcipitanter operasse, habet contra se præsumptionem Iuris: *Qui semel est malus, &c.* Aut hoc fecisse, vt loco ablatarum alias apponerent de novo, quæ magis dignæ censura visæ sibi fuerunt. Quarto, loco istarum propositionum relictarum introduxerunt de novo octo propositiones, nunquam ante excerptas, nec visas in Sorbona, nec traditas Doctoribus, vt super ijs discurrerent, & suum Iudicium ferrent: quare censura lata in has fuit de re non visa, nec proposita, nec intellecta à Doctoribus: ergo cœca. Et credi licet prodijsse à Sacra Facultate Parisiensi? non vtique. Et ne sine aliqua methodo procedamus, ponemus primo propositiones Deputatorum, quas recantarunt in Indiculo secundo, & ostendemus quam iure merito dignum fuerit circa eas canere palinodiam. Secundo, propositiones, quas loco illarum de novo superaddidere; qui censuram nomine Facultatis contruxere, illasque doctrinis, & authoritatibus Sanctorum, veras, & Catholicas ostendemus. Tertio propositiones, in quibus conveniunt omnes, spectantes ad Mysterium Immaculatæ Conceptionis Virginis Matris. Quarto, spectantes ad illius Inclitam Nativitatem. Quinto, pertinentes ad Infantiam. Et sexto, tandem, quæ respiciunt Angelorum Custodum numerum, munera, & occupationes in obsequium eorum Sanctissimæ Reginæ, quas per sectiones distribuimus.

***

SECTIO PRIMA.

PROPOSITIONES SENTENTIÆ DEPVTATORVM REvocatæ in Censura Parisiensium proponuntur, & earum veritas doctrinis confirmatur.

181 AUthor Nostra pijssima loquendo de Conceptione Immaculata Dulcissimæ Virginis in primo sui esse instanti fœlicissimo dicit n. 221. *Fuit etiam concessus vsus rationis perfectissimus, & correspondens donis gratiæ, quæ accipiebat.* Hæc propositio in primo Indiculo 36. propositionum à Deputatis excerptarum est tertia, & prima, quam revocant, & recantant Authores secundi. Et quidem satis iustè, & rationabiliter propter congruentiam cum ratione, & cum dictis plurium SS. & Doctorum: Si enim Amantissimus Filius tunc Matrem dilectam ab omni labe præservavit, gratiamque abundantissimam, & eminentissima donavit charismata, & iuxta aliquos Sanctos, & Doctores visionem Essentiæ Divinæ intuitivam; & secundum Authorem nostram abstractivam perfectissimam, quemodo non etiam cum illis vsum donaret rationis? Aut quomodo hæ stare valerent, quin Deum perfectissimè intelligeret, & diligeret intensissime. Stant pro hac propositione Rupert. lib. 5. in cant. S. Bernardinus Senen. Serm. 51. B. Albert Mag. super missus est cap. 176. & 177. Bernardin. Bustos in Mariali, 3. p. Serm. 1. Ovand. in 3. dist. 3. q. 5. art. 1. Qui tenent, quod ab instanti primo sui esse, quo perfectissimè vsum rationis cæpit exercere, nunquam illum amplius, etiam per somnium, intermisit. Unde optimè cancellotus in apparatu ad Annal. Marian. n. 83. dicit: *Infanti Divinæ Divina lux ob oritur ante quam Solis: atque inter materna viscera, anticipato rationis vsu, in Cælum sua dirigit vota, & cordis vota, & cordis aditu stigijs præ donibus maturè præcluso, intactam ab alijs mentem exhibeat Deo, quem simul ac vivere incipit, fæliciter ambit, & prænsat.*

182 Deputati posuerunt quartam propositionem excerptam à n. 229. libri Servæ Dei istam: *Per omnes hos modos ab instanti suæ Conceptionis fuerunt ei patentes homines cuncti, & Angeli cum suis ordinibus dignitatibus, & operationibus, & creaturæ omnes irrationales cum suis naturis, & conditionibus, &c.* Modi isti cognoscendi fuerunt cognoscere in Deo, & abstractivè per species, vt dixerat numero antecedenti. Hæc est secunda propositio ablata ab Indiculo ab Authoribus secundi. Habet propinquitatem cum ista, sexta propositio Deputatorum ex n. 226. excerpta, qua sic dicitur: *Fuit illi scientia infusa, & ha-*

bitus omnium scientiarum, & artium naturalium. Hanc tertiam propositionem recantatam qui legerit, & visiones extensivas, & intensivas, quas Angeli habuere, dum viatores sliterunt, Adamo fuerunt in illa extasi in statu Innocentiæ, Salom & David. Baptistæ in eius Sanctificatione. Paulo in raptu; non inficiabitur Purissimæ Deiparæ impertitas esse assertas cognitiones, quia; nefas est ei negare, cui alicui Sanctorum legitur fuisse cōcessū, vt est tritū apud S. Bernard. & Bernardin. videatur ille Sanctus in apparatu nostri Defensorij n. 56. & S. Capistranus n. 51.

183 Sed præ omnibus audi, quæ loquitur B. Albertus Magnus, ,, super Missus est cap. 149. Beata Virgo in cognitione sua plura ,, habuit privilegia. Primum est, perfecta cognitio Trinitatis Dei si- ,, ne medio, quam habuit in via per specialissimam gratiam. Secun- ,, dum est, perfecta cognitio Mysterij Incarnationis, & hanc habuit ,, per gratiam, & singularem experientiam. Tertium est, cognitio ,, prædestinationis, quam habuit per revelationem, & causam. Quar- ,, tum est, animæ suæ, & spiritum per species propria cognitio, quam ,, habuit dispositivè per naturam, & completive per gratiam, & se- ,, cundum hanc vidit Angelos, Animas, & Dæmones. Quintum est, ,, perfecta cognitio omnium, ad statum viæ pertinentium, quam ha- ,, buit per gratiæ infusionem, & inspirationem, & hæc comprehendit ,, perfectam cognitionem scripturarum, operandorum, & contem- ,, plandorum. Sextum est, omnium ad statum Patriæ pertinentium ,, per cognitionem, quam habuit per contemplationis revelationem. ,, Septimum est, omnium creaturarum cognitio, quam habuit per ,, naturam, & gratiam, & contemplationem. Octavum, quod habuit ,, matutinam, & vespertinam cognitionem, matutinam per gratiam, ,, & vespertinam per naturam, & gratiam. Nonum est, conclusio ex ,, prædictis omnibus, quod nullius propriè habuit ignorantiam. Cum ,, vero Authore Indiculi secundi ex his, & ex multis alijs, quæ allegaverant Defensores Matris de Agreda, viderent hæc, non esse rationem negandi incepisse ab instanti primo Immaculatę Conceptionis Mariæ, Iudicare potuerunt has duas propositiones, his fulcris munitas, non esse dignas vlla Censura, Iuste à sua secunda eveuerunt.

184 Serva Dei in n. 232. hanc posuit propositionem: *Cum hoc affectu miraculosa, illicò primo sui esse instanti* (Purissima Virgo): *deprecata est pro hominum remedio, & incohavit officium Mediatricis, Advocatæ, & reparatricis eorum.* Excerpserunt, & suæ censuræ assignatæ subiecerunt eam Deputati, & est vndecima in Indiculo suo. Videntes Authores censuræ, nomine Facultatis latæ, Guibertum Abbatem de Laud. Virg. dicere: *Beatissimam Mariam Mediatricem esse inter nos, & Filium suum, propter hoc enim factam, propter hoc electam, vt apud Filium Dulcissimum causam nostram pijssimam tueatur.* In quibus verbis concordat

Ia-

Iacobus Monachus in Marial orat. 2. B. Mariæ, & apparatu nostri Defensorij n. 110. Patres Iudicarunt rectè iniuriam erogare pietati, & charitati Matris misericordiæ, qui eam assererent, aliquo vitæ eius tempore, à tale officio vacasse, censuerunt talem propositionem, quæ dicit talia munia exercere cæpisse, esse veram, & nulla censura dignam, & sic vt talem abstulerunt à numero propositionum damnatarum, recantantes circa illam eorum censuram, & est quarta propositio derelicta.

185 Scripsit V. Abbatissa n. 334. duas propositiones tales: *Statutum est in illo Consistorio, & Tribunali Divino Sanctissimæ Trinitatis nomen imponere Infanti Reginæ.* Secundæ *Maiestas eius* (Altissimus nempè) *persemet voluit imponere nomen, & dare in Cælo.* Sunt excerptæ in Indiculo Deputatorũ. &c, per ordinem 14. & 15. Sed, & damnatæ: Attamen cum Serva Dei damnantur, & Sancti Patres, qui propositiones has de Purissima Domina expressissimè prædicant. Sunt pro nunc S. Bonaventura in Psalterio, vbi dicit: *Benedictum sit gloriosum Mariæ nomen, quod os Domini nominavit.* Idiota: *Mariæ Trinitas Sacrosancta nomen imposuit, quòd post nomen Filij sui, est super omne nomen, vt in nomine Mariæ omne genuflectatur Cælestium, Terrestium, & Infernorum.* Fulbert. Carnoten. serm. de Nativit. Virg. *Non fortuitu, aut solo Parentum placito, sicut plerique, sed Divina dispensatione nomen accepit.* Iacobus Monachus in Mariall. orat. 5. *Nomen à Deo impositum.* Petrus Damianus serm. de Annunciatione: *Evocatur Cælestis illi Conventus, init Deus Consilium, facit Deus Sermonem cum Angelis de restauratione eorum, & de Redemptione hominum, atque statim de Thesauro Divinitatis Mariæ nomen evoluitur, ac per ipsam, cum ipsa, & in ipsa totum hoc faciendum decrevit; vt sicut sine ipso nihil factum est, ita sine ipsa nihil refectum est.* Propositiones ergo, quæ tam solido fundamento fulciuntur, iuremeritò à censura liberæ declarantur, prout fecerunt Censores in secunda Censura, & iste sunt 5. & 6.

186 Non inferioris stabilitatis sunt duæ aliæ propositiones, quas describit Author n. 352. & sunt 18. & 19. Deputatorum, & 7. & 8. Ex recantatis à Censoribus secundi indiculi, prima: *quamvis dormiret, non cessabat, nec interrumpebat actiones interioris amoris, atque alias, quæ ab externo sensu non dependebant.* Secunda: *Quando sola manebat, aut eam ad dormiendum applicabant, cum somnum sumeret ad mensuram, mysteria, & Altissimi laudes cum suis Sanctis Angelis conferebat, & visionibus, & colloquijs Maiestatis eius fruebatur.* Stant pro prima S. Ambros. lib. 2. de Virginibus dicens de ea: *Dormire non prius cupiditas, quam necessitas fuit; & tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis, aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat &c.* S. Bernardinus in apparatu nostri Defensorij expressè n. 56. S. Birgitta orat. 4.

Quamvis aliquando dormiebas, voluntatem tuam ab eo nunquam mutabas, cui favet illud Sponsæ cantic. 3. v. 2. *Ego dormio, cor meum vigilat*. Pro secunda, si S. Paulus dixit: *Conversatio nostra in Cœlis est*. Si de S. Cæcilia canit Ecclesia in suo officio: *Et non diebus, & noctibus, à supernis colloquijs, & oratione cessabat*: Quid non credendū de illo amātissimo corde? Undè Cancellotus in Annal. Marian. Anno Virg. 8. n. 1. dixit. *Cæterum Angelorum illa ministerio, & crebis collocutionibus frui consueverat, quoniam Cœlestes Virgini Spiritus tanquam ad ministros, & Asseclas Deus ad decentem famulatum addixerat, quod nulli Fidelium dubium esse Fulbertus asserit serm. 3. de Nativitate B. Mariæ*.

187 Nona propositio omissa modo, licet excerpta à Deputatis 21, est quam posuit Serva Dei Maria n. 377. & talis. *Tacere fuit virtus, & magna perfectio*. Est ibi sermo de silentio servato à Magna Domina Nostra, anno primo cum dimidio suæ infantiæ; in quo cum loqui valeret, abstinuit omnimodè à locutione cum creaturis humanis, comprehensa ad hoc Matre propria. Adeò verissimum est silentium hoc virtutem esse, & perfectionem, quam verum est dicere silentium voluntarium in potentibus loqui esse virtutem, quam SS. Patres magnopere extollunt, appellantes eam fundamentum virtutum, custodiam animæ, & Thesauri cordis securissimum asyllum, & cum alijs excellentissimis Epitectis. Supersedeo in re tam clara, & videantur commentatores super cap. 1. Epistolæ D. Iacobi, vers. 19. *Sit autem omnis homo velox ad audiendū, tardus autem ad loquendum*. Et cap. 3. vers. 2. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir*. Vt autem Purissima Maria Magistra esset virtutis illius, sicut & aliarum congruum fuit, vt magnum cum vita inchoaret silentium, cuius semper cultrix fuit observantissima, & indicant Evangelistæ, & ponderant Sancti attendentes paucissima verba, quæ ipsam locutam esse testatur Evangelica lectio. Restat ergo, quod propositio, sicut & præcedentes, sit Iustissimè revocata.

SECTIO SECVNDA.

CONTINET PROPOSITIONES, QVAS LOCO PRÆCEdentium revocatarum substituerunt Censores Authores Indiculi secundi.

188 Derelictis præcedentibus propositionibus assignatis, & recantatis ab Authoribus Censuræ nomine ficto Sacræ Facultatis Latæ, sequenter substituerunt pro illis de novo, numquam visas, impressas, nec traditas examini societatis. Primam, & se-

secundam simul assigno; quia eumdem finem respicere videntur, & excerpserunt à lib. pag. 139. & 140. n. 121. Prima tradita latino sermoni est: *Totam hebdomadam primam descriptam à Genesi, quam Deus impendebat in productione mundi, & eius creaturarum, expenderunt Lucifer, & Dæmones in machinamentis, & conferentijs iniquitatis adversus Verbum humanam naturam sumpturum, & Mulierem, ex qua naciturum erat factum homo.* Secunda: *vt primum, quod Lucifer, & eius sequaces intraverunt in Inferaum, omnes simul congregati collegerunt Concilium, in quo perstiterant vsque ad diem correspondentem diei Iobis ad mane.* Hostis communis pertæsam semper habuit Divinam historiam hanc, eiusque Authorem, & inter alia motiva suæ malignitatis, vnum assignat Author ipsa 3. p. n. 306. verbis sequentibus Sacratissimæ Virginis: *Et quia in hoc capitulo, & in tota hac Historia, conciliabula, & secreta malitiæ horum serpentum malignorum propalasti, sunt contra Te valde Stomachati: putaverunt enim hæc nunquam ventura in mortalium cognitionem, nec homines percepturos, quæ adversus eos in suis congressibus machinantur, & conferentijs. Propter hoc satagunt ex indignatione, quam conceperunt in te, sumere vindictam.* Cum primum conciliabulum, quod adversus Iesum, & Sanctissimam Matrem eius Dœmones collegerunt, fuerit hoc, locus suspicandi datur ex hac indignatione hos instigasse Censores, vt eas excerpserent, ac transfigerent propositiones, vt sic transfixæ delerentur de mundo, & nunquam homines eorum fraudes attenderent, & sic minus cauti semper procederent.

189 Dixi: *Datur locus suspicandi.* Quia videtur diabolica suggestio has propositiones inurere censura. Omitto Ecclesiasticas Historias, Patrum authoritates, in quibus comprobatur, & Dœmones congregari, & inter se conferre de creaturis perdendis, & de impugnando Creatore, in odium, & vindictam Dei. Quid indicat colligatio illa Draconum Apocalyp. 12. qui fecerunt prælium magnu in Cœlo, & vers. 7. *Et Draco pugnabat, & Angeli eius. Et contra Mulierem, quæ erat paritura?* Et illa comminatio vers. 12. *Væ terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad vos?* Quid illud vers. 17. *Et iratus est Draco in Mulierem, & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium IesuChristi?* Quid indicant illæ insidiæ minitatæ Gen. 3. *Ipsa conteret caput tuum, & sic insidiaberis calcaneo eius?* Præterea legio illa in illo homine misero Lucæ 8. vers. 30. quomodo posset, nisi plures Dœmones in malum illius, sub vno Superiore convenissent? Nonne plures erant, qui dixerunt: *Mitte nos in porcos?* Et Lucæ 11. Nonne verum est, quod ille immundus Spiritus ciectus ab homine sumpsit *alios septem spiritus nequiores, & ingressi habitant ibi.* Quæ omnia Dœmones exequi nequirent, nisi Inter se convenirent, & conferrent de vindicta sumenda de Imaginibus

Dei: ergo nisi velint negare, quod ex Scriptura toties indicatur, fateri debent veram, & Catholicam primam illam propositionem.

190 Convenire etiam ad sua concilia, & illa congregare persuadet; quod Dæmones sunt æmulatores in malum eorum, quæ sciunt in bonum facere boni. Si enim Angeli boni ista procedunt, vt Inferiores illuminentur à Superioribus, & Superiores imperant Inferioribus; & vnus venit in adiutorium alterius; & suas acies instruunt, militiam componunt, Choros ducunt, vt mandatis Dei obtemperent, hominibusque benefaciunt: cur è perverso dubitabitur de malis? Etsi ingrediuntur in Concilio Dei, vt patet Iob 1. & 2. Paralip. 18. vers. 18. Ut petant licentiam à Deo ad perdendos homines, cur inter se non colligabuntur? Præterea cœco ducto negare revelationes, & Ecclesiasticas historias, quæ à probatis Authoribus circumferuntur de varijs casibus, inquibus visi sunt Dæmones congregati, consulentes, & machinantes fraudes, & dolos in homines, satis impugnat Censuram Parisiensium. Quorum si alia deficerent, Factio congregata in librum V. Abbatissæ de Agreda, & in eius Divinam histo iam; satis verisimilem facit propositionem secundam. Etsi aliquando id contigisse probatur; quando congruentius, & aptius, quam cum eiecti sunt de Cœlo, quia verbum hominem factum, eiusque Sanctissimam Matrem repræsentatos in visione adorare, & venerari recusarunt; quando Tartara ingressi, eorum tormenta experiri incipiebant, & divinam sustinere indignationem. Profecto qui hoc saltim humana Fide non credit, suspicandi dat ansam non credere esse Dæmonia, aut non esse crudelia, vt Fidelium communis concipit assensus, & describuntur à Iob cap. 39. & 40. Cum ergo hæc quæ describit Serva Dei Maria à Iesu, his quæ pie credimus, & communiter sentimus conformia videantur, & eius propositiones dictæ pie possunt crediCatholicæ, & immunes à dicta Censura.

191 Tertia propositio super addita de novo, ex pag. 154. n. 136. est, illa: *Formavit Evam de Adam sic similem Virgini, vt eam imitaretur in tota specie vultus, & persona*: esto SS. Patres multi sint in diversificanda Purissima Maria ab Eva peccatrice, & causa perditionis humanæ; non minus sunt in ea assimilanda cum ea in statu Innocentiæ, nata pulcherrima, omnibus gratijs, & charismatibus tàm naturalibus, quàm supernaturalibus decorata. Chrysippus, ser. de S. Maria, *appellat Mariam Evam secundum naturam, dempto scilicet peccato: Licet non Evam secundum generandi rationem.* S. August. ser. 11. de Nativit. vocat eam: *Evam Novam.* Ricard. de S. Laurent. lib. 6. dicit: *Eva enim dicta est Virgo, quia de viro sumpta est Gen. 2. Maria Virago, quia de ipsa sumptus est vir eius, &c.* Sed in casu S. Birgitta ser. Angel. cap. 7. *Credebat idcircò Adam, quod de vna persona in corpore simili Evæ (hoc nota) quæ super cun-*

ctas

ctos ex viro, & muliere genitos, & generandos en virtute perfectione floreret. Quare Cancellott. in apparatu Annal.n. 18. dicit in margine: *Eva Mariæ Typus.* Et post: *In Eva mortalium Parente primâ sub ipsum mundi nascentis principium agnoscere licuit tanquam graphice divinæ Matris Imaginem, nam condita ex Adami dormientis latere mulier in orta magna; imò prius adulta, quam nata, ita significationem continebat in se mulieris longè præstantioris, quam vt ingens naturæ, gratiaque miraculum, Reginam, Patronamque Deus erat mundo daturus.* Videatur Polcanthea Mariana *verbo Virago.*

192 Notari debet, quod cum Serva Dei idem dicat de Christo Domino respectu Adæ, quod dicit de Sanctissima Maria respectu Evæ, tamen isti Censores non iudicarunt censura dignum, quod dicat Christum ita in humanitate, & in corpore vix dissilem fuisse Adamo, vel è converso; permiserunt propositionem hanc, & quidem iustè nam stabat illud Tertuliani, *quoties homo figurabatur, Christus exprimibatur homo futurus.* Sed cur idem dici non poterit de Eva respectu Mariæ. *Maria Sanctissima erat cum eo cuncta componens*: vt dicit Salazar super 8. Proverb. Quando Dominus minitatus est Serpenti, quod mulier contritura erat caput eius, secundùm communem Sanctorum Patrum consensum, menti divinæ Maria obijciebatur, eam cogitabat. Et cur non potuit ad formam illius, formam, & personam exprimere istius, sicut ad formam Humanitatis Christi futuri, formam Adami, & eius vultum delineavit? Sed vltra propositio amplius confirmatur ex immediatè dicendis.

193 Super addita de novo propositio 4. excerpta à pag. 152. n. 134. Latinè redita sic est: *Attendebat Altissimus ad suum Filium vnigenitum hominem factum, atque ad eius Sanctissimam Matrem, tanquam ad duo exemplaria, quæ formaverat ex vi suæ sapientiæ, & potentiæ, quibus vteretur instar Prothotypis, ad quorum similitudinem producebat genus humanum, vt &, cum reliqui assimilarentur his duabus Imaginibus Divinitatis, prodirent omnes, medijs ijs exemplaribus, similes Deo.* Propositionis huius firmitas elucet in illo cap. 8. Proverbiorum, quod à vers. 22. intelligi de Incarnata Sapientia dixerunt nostri Censores ad suum 1. 11. 9. & de Purissima Virgine super illum diximus nos, intelligi: & super act. 13. Deputatorum cum SS. Patribus: ex quibus deducitur Christū Dominum, eiusque Sanctissimam Matrem loqui, quando dicit: *Cum eo eram cuncta componens*: & astitisse summo rerum creatori in productione prima rerum, non in reali existentia, sed in obiectiva; ac proinde inspexisse in obiectum, in quod tendebat quando creaturas producebat. In quorum confirmatione dicit Salazar n. 275. *Quapropter tunc, cùm creationem ordiri voluit, in absolutissimum numeris omnibus creaturam oculos fixit... Sicut enim Pictor eximius, &c.... Ad eundem modum*

Artifex ille rerum omnium Deus. Et concludit cum D. Bonav. in Psalt. *Dispositione tua Virgo Sanctissima perseverat mundus, quem & tu cum Deo à principio fundasti*: At Pictor, & Artifex in mente sua prius proponunt Imagines, Ideas, & Prothotypos, quos exprimunt in suis operibus: ergo sic erant cum eo Christus, & Mater eius: ipsi erant originales per quos homines alios produxit, & comprobatur propositio Authoris.

194 Ex prædicto libro pag. 204. n. 185. deprompserunt Censores de novo, & super addiderunt propositionem hanc quintam: *Prudens Anna Matrona nunquam S. Ioachim, nec alteri creaturæ aperuit secretum, quod filia eius erat Messiæ Mater. Nec Sanctus Pater aliud agnovit toto tempore vitæ suæ, nisi quod erat futura magna, & mulier portentosa; sed Altissimus id ei manifestavit ante eius mortem in respirationibus vltimis existenti.* Propositio hæc maximè extollit S. Annæ perfectionem, quæ *Sacramentū Regis abscondere bonū esse novit*, & servavit: & illud quod S. Franciscus postea clamabat. *Secretum meum mihi* fideliter custodivit, & quod silentium, quod Angelus sibi imposuerat, quando ei nunciavit mysterium, nè cui diceret, nec S. Ioachim viro suo, vt patet n. 183. non fregit: & ob hoc excerpserunt, & sua crudeli censura propositionem hanc transfixerunt. Quid facerent si Serva Dei detexisse mysterium assereret? Tum verè dicerent derogare Sanctitati, & observantiæ Sanctæ Annæ, secutam vitium aliarum mulierum, quæ communiter loquacitatis vitio laborant: & nunc etiam carpitur, quia dicit oppositum. Quare? Quòd altissimus noluerit hoc manifestari mysterium in vita sua, Angelus n. 666. reducit ad occultā Dei Iudicia, quorum nullus scire valet arcanum, nisi revelaverit ipse. Quare vero revelaverit id ipsi in vitæ termino, optimas ibidem adducit congruentias: tum vt ei esset in solatium, & lætitiam in mortis angustijs, tum vt esset ex hominibus nuncius primus ad Patres Lymbi. Cum ergo dicta propositio maximè commendet Matris Sanctissimæ Mariæ Sanctitatem, nullique principio opponatur, per quod videatur digna Censuræ, concludo, sine fundamento illam fuisse decerptam, atque transfixam Censura.

195 Propositio sexta de novo super addita posita articulo vltimo secundi Indiculi 15. excerpta a lib. pag. 238. n. 219. *Dies ista fuit Deo velut festiva, & Paschatis, nec non reliquis creaturis.* Loquitur de die illa, qua Sanctissima Virginis anima est infussa in corpore eius purissimo, & tota ipsa fuit Immaculatè concepta. Miror æquidem Doctores Parisienses, qui mysterium hoc Conceptionis Immaculatæ tam asseveranter tuentur, & sub iuramento defendere profitentur, in hanc propositionem impingere potuisse: maximè cum legant in officio Festi huius: *Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciavit Vniverso mundo*, in Seraph. Romano Antiphona 3. ad vesp. *Tu gloria*

Ies

Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia Populi nostri. In S. Birgittæ ser. Angelico cap. 5. *Vndè non miror, si Deus in te, ò minor Munde, qui adhuc creandus eras, magis delectabatur, quam de hoc mundo maiore.* In S. Vincentio Ferrer: *Sancti Angeli statim conceperunt Virginem in eorum mentibus, per quam eorum ruina repararetur, & inceperunt tripudiare, & festum fecere, statim Angeli in Cœlo fecerunt festum Conceptionis.* Si ergo Angeli in Dei præsentia fecerunt festum, & Tripudium, quid non esset ei dies festivus, & Paschæ. Hodie festum hoc in isto die continuant in Cœlo, vt patet in illis visionibus, quas refert S. Anselmus. Si enim requievit Dominus die Sabbati, quid non requiesceret in illo die conceptionis veri Sabbati, in quo requievit Altissimus mensibus novem? Si est gloria in Cœlo quando peccator ad Deum convertitur; quod erit, quando concipitur advocata peccatorum? Si est Deo festivus dies, & Paschæ, quando beneficia magna confert mundo, vt patet in omnibus festivitatibus, quas instituit Ecclesia: dedit Deus maius beneficium Mundo, excepto Filij, quam in die, quo Matrem Purissimam contulit Mundo? Est allucinari dubitare Deum habuisse magnum gaudium accidentale, quando Immaculatè concipitur Sanctissima Mater.

196 Septima super addita de novo propositio posita in lib. pag. 429. num. 377. & in Indiculo 33. per ordinem, dicit: *Sed eius Sancta Parens Anna nunquam eam loquentem audivit, nec intellexit loqui valere in ætate illa: &, hoc stante, capietur melius fuisse virtutem non loqui illo primo annorum, & dimidio Infantiæ suæ.* Dicit ibidem Serva Dei Maria fuisse divinam dispositionem, ne loqueretur Infans Divina Maria anno primo, & dimidio suæ Infantiæ, quo tempore Infantes alij loqui non possunt. Et modo dicit tam exactè illud observasse silentium, vt neque propria Mater eam audierit loquentem, nec cognovisset loqui posse. Et nunc ob hoc tam dignum suprema laude, carpitur assertio hæc fallagine illa censurarum etiam respectivè in fine Indiculi positarum. Cui principio Catholico illam opponi ostendant Censores. Mira dicunt SS. Patres de observantia silentij Purissimæ Deiparæ toto tempore vitæ eius: videatur Cancellot, in Annal. Marian. ann. Virg. 6. n. 1. & Canis. lib. 2. Deiparæ cap. 13. fol. 195. & 198. Sufficiat insinuare illud quod servavit cum suo Sanctissimo Sponso, videndo eum tam anxium, & afflictum donec per Angelum cognovit mysterium; quare non est mirum, quod, quæ tam profundum servavit, cum essent rationes tam vehementes loquendi, quales ponderant Sancti, quia non habebat præceptum loquendi, taceret, quando habebat mandatum tacendi; vndè totum negotium reducitur, an loqui potuerit in illa ætate? Nam si potuit virtutem magnam fuisse non loqui, dubitari nequit. Sed de hoc stat alia propositio excerpta à Deputatis, & istis Censoribus infra videnda.

Octa-

197 Octava super addita de novo propositio excerpta à libro pag. 376. n. 325. posita in Indiculo secundo per ordinem 21. est huiusmodi: *Fœlicissima Infantula Maria hoc ipsomet tempore* (quo prodibat à visceribus Maternis) *fuit à sensibus abstracta ex divina virtute, & providentia in quadam extasi profundissima, in qua ab omnibus operationibus sensitivis absorta, & abstracta est, quin id per aliquem perciperet sensum.* Dicebat optime S. Ildephonsus ser. de Nativ. Virg. *Maria Virgo non sic nata est, sicut solent pueri, & puellæ nasci.* Qui etsi modum hunc non exprimat, conformiter ad illud dictum videtur; cum nullus modus nascendi aptior, decentior, & congruentior, posito, quod nascebatur modo communi aliorum, excogitari non valeat. Nascebatur divina puella prædita vsu rationis, plena sapientia, & gratia, vt dictum relinquimus cum Scripturà, & Patribus, quid decentius, quam nasci à sensibus absorta, ne cum illis perciperet, quod alteri Infantes sensu non sentiunt; quia carent vsu intellectus? Quid aptius, ne sentiret partus modū, & conditiones naturæ? Cum ergo SS. Patres passim proclament Nativitatem istam miraculis plenam, in hoc dubitari non licet, etsi inauditum; quia vt dicit Seraphicus Doctor in Speculo cap. 1. *Quanto est excellentia humanæ consuetudini inaudita, tanto Mariæ dignitati est congrua.* Ex quibus clarè patet, non maiori fundamento has propositiones excerpsisse Censores, transfixisse, & loco aliarum posuisse, quam habuere Deputati respectu illarum, quare si Censores isti illas Iudicarunt indignas censura, idem Iudicium debent facere de istis.

SECTIO TERTIA.

CONTINET PROPOSITIONES TRANSFIXAS IN VTRAque Censura circa Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ.

198 INsinuatum relinquimus in præcedentibus quanto conatu perstiterint æmuli mysterij Conceptionis Immaculatæ in Sorbonicis congressibus pro eradicando Iuramento à Facultate, quo à pristinis diebus eius Doctores constringuntur in publico illam Immaculatè conceptam, & sine labe originalis culpæ productam in primo sui esse instanti defendere. Et quando nihil dictum esset, multitudo propositionum, quas transfixerunt in articulis distinctis, vtriusque Censuræ, in propositionibus recantatis, & in hoc vltimo articulo, satis superque demonstraret; in quibus omnibus viribus contra illud decerptasse cognoscuntur, quin reliquerit circunstantiam condecorantem illud, quam non pulsaverint ariete suarum censurarum. Sed in

casum, imò potius in maiorem mysterij exaltationem, cum fuerint causa, vt confirmaretur de novo in illa celebri Facultate, vt patet ex præfatione: quare sicut conatus illi tunc evanuerunt, & maioris gloriæ mysterij causa fuerunt, sic spero futurum cum impugnatione censurarum, quibus inuserunt propositiones, ad mysterium hoc spectantes.

199 Prima, ex primo Indiculo, ex secundo duodecima, excerpta à lib. pag. 237. n. 248. sic est: *Dies, quo accidit prima Conceptio Corporis Mariæ Sanctissimæ fuit Dominica, correspondens illi creationis Angelorum, quorum Regina, & Domina omnibus futura erat superior.* In excerptione propositionis huius in Indiculo secundo omissa sunt hæc vltima verba. *Quorum, &c.* Casu contingere potuit, quia non præsumo Authores ex proposito id fecisse. De die, quo Purissima Virgo Concepta est, variæ sunt inter Chronographos opiniones, sicut sunt circa annum, quo Dominum peperit, & non est dies in hebdomada, qui non habeat Patronum asserentem in eo fuisse conceptam; & qui pro suo placito non afferat varias congruentias. Pro hac Dominica die, præter illam, quam adducit hic nostra Author Maria de productione Angelorum, illam apponunt de principio mundi, de productione lucis primæ, ex qua corpus solis formatum est: quod in Dominica die Deus operatus est mirabilia maiora. Dominica die baptizari voluit Dominus Iesus: Dominica die Resurrexit: Dominica die misit Spiritum Sanctum, & cœpit Catholica Ecclesia: Et Dominica die mundus terminaturus est: Iuxta quod convincitur non esse dignum censura asserere Purissimæ Mariæ Conceptionem Dominica die contigisse, cum valdè probabile sit, quod pro nobis satis est, vt censuram evadat crudelem præpositam.

200 Illustris quidam D. V. I. Doctor, Ecclesiæ Granatensis Capllanus Maior, D. D. Ioannes de Leiva, Chronographis computationibus aprime versatus prolixo labore comprobat, quod annus, quo concepta est Purissima Virgo erat littera Dominicalis à die 25. Februari G. Sed anno quo talis littera regit annum est 8. Decembris dies Dominica iuxta veriorem Chronographorum computationem: ergo dies quo concepta est Sanctissima Virgo, vel quo cœpit eius conceptio, fuit dies Domiuic. In comprobationem discursus huius composuit speciale opus Typis datum, breve, & eruditum ad quod remitto Lectorem. In quo mathematice concludit, tàm primam conceptionem fuisse Dominica die, quàm secundam Sabbato. Quibus verificatis Censores mathematice convincuntur male transfixisse propositionem Servæ Dei. Et ab inconvenienti sic etiam: Aliquo die hebdomadæ Purissima Virgo concepta est, vt per se patet, hunc cum non constet, potest Deus revelare, sicut & aliorum mysteriorum re-

velavit, sed ex suppositione censuræ huius est impossibile, quia Deus non exponeret mysteria inconvenientibus assignatis: Deus ergo factus esset impotens ab alijs, & sic diminutæ virtutis, quod implicat, & consequenter censura, ex qua sequitur,

201 Secunda propositio, in primo indiculo secunda, & in secundo 13. ex eodem numero, & pagina libri est: *Divina virtus in corporis Sanctissimæ Virginis formatione acceleravit tempus, & quod octoginta diebus, vel illis, qui naturaliter sunt necessarij, plasmandum erat, in septem perfectius factum est*: Circa tempus, quo Purissimum Mariæ corpus formatum est, sunt variæ, & oppositæ opiniones, & reprobata nulla. Tenent aliqui terminis communibus naturæ fuisse formatum: alij formatum vnico instanti ad instar Corporis Domini Iesu: alij paucis horis, sex videlicet. Si ergo opiniones istæ non patiuntur inconvenientia vestræ assignatæ censuræ, cur dictum Nostræ Authoris, cui Deus id revelavit, & rationes credibilitatis dedit? Si enim Deus, cum posset vniversum vnico contextu producere, septem consumpsit dies in illius productione, vt pararet Palatium primo homini producendo; quid eos non insumeret ad producendum corpus illud purissimum, quod futurum erat Regia, Palatium, Templum, & habitatio Verbi? Sicut enim paulatim producendo creaturas iucundabatur in productis, vt indicat illud: *Vidit Deus quod esset bonum*; quid non paulatim iucundaretur in formatione Mariæ, quæ, teste Chrysostomo in Matth. homil. 1. *Est mundus speciosior, & dignior, quam totus mundus* Damasceno orat. 4. de Nativit. B. Mariæ: *Mundus mundo admirabilior: de quo* (vt diximus n. 195.) *etiam ante illius productionem magis delectabatur Deus, quam de hoc mundo maiore.* Negare id defacto accidisse, est merè voluntarium, & censura inurere chymericum, & iniustum.

202 Tertia propositio, in primo Indiculo quinta, & in secundo decima quarta ex pag. 238. n. 219. excerpta, est: *Sabbato sequenti, & immediato ad hanc conceptionem primam, facta est secunda: Altissimo creante animam Matris suæ, & infundendo illam in corpore eius*: Ex suppositione, quod die Dominica cœpit conceptio corporis Mariæ Sanctissimæ, & quod septem diebus formatum est, sequitur vi naturalis consequentiæ, quod finiretur eius formatio in sequenti Sabbato, & ad formationem perfectam in bona Philosophia sequebatur animæ creatio, & infusio in corpore, quare propositio hæc non habet specialiorem difficultatem, quam priores, & illam ab illis dividere, est solum velle multiplicare propositiones. Tota propositio habet suam consonantiam in productione Vniversi, sicut enim illud septem diebus formatum est, & die septimo requievit Dominus ab Universo opere, quod patrarat. Sic Altissimus fecit in conceptione mundi huius mundis mille mirabilioris: sed quia de hoc nullibi melius disseritur, quam apud Nostram Au-

Authorem verè à Deo illuminatam, rogo humiliter Lectorem, vt pro indemnitate propositionis pietate relegat totum caput 15. ipsius libri.

203 Quarta propositio, quæ in Indiculo primo componitur ex 8. & 9. & in secundo est 17. excerpta à pag. 241. n. 221. talis est: *Mille Angeli designantur ad custodiam illius corpusculi animati, quantitatis apiculæ.* De numero Angelorum custodiæ Sanctissimæ Mariæ infra erit sermo. De quantitate corporis eiusdem in instanti animationis, quod esset quantitatis apiculæ dicit hic Serva Dei, verum dicere credi potest, cum dicat Ecclesiasticus 11. vers. 3. *Brevis in volatilibus apis.* Quod adaptant Reginæ Angelorum B. Alb. Mag. & Ernest. Pragon. propter suam humilitatem, non negant de corporis quantitate in instanti illo. Et comparatio Virginis cum Ape est satis accōmoda ob mirabiles proprietates, quas illi indidit naturæ Author, correspondentes mirabilibus virtutibus ipsius Dominæ divinæ. Nec plures Patres dubitant eam Apem, vel Apiculam nominare propter humilitatem, castitatem, solertiam, modum concipiendi, & suggendi rorem. Videantur in Polianthea Mariana verb. *Apis.* Vt Censores hanc transfigerent propositionem scire debebant, qualis esset quantitas aliorum infantium in illo instanti, & quod Altissimus nullum miraculum in hoc fecisset, sed modo communi illud excrevisse: verum quia teste Ecclesiaste 11. vers. 5. Vtrumque ignorant, nec possunt esse Iudices, nec illorum censura est attendenda, sed cum verbis illius eis respondendum: *Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis, sic nescis opera Dei: qui fabricator est omnium.* Quæ verba fortè dicta sunt pro nostro casu, cum aliorum multi periti Anatomistæ multa cognoverunt arte. Author vero nostra cum divinitus Edocta pie credatur, qua ratione compaginata Virginis ossa, & corpus, credi pie valet, quod, quæ maxima futura erat, etiam in corpore à minimo inciperet.

204 Aliæ propositiones spectantes ad Virginis Immaculatam Conceptionem, aut recantatæ sunt à Censoribus istis, & satisfactum manet supra Deputatis, aut ex decentia, & congruentia obiecti animati dignæ sunt pie credibilitatis. Tales sunt illæ, prima ex primo Indiculo 7. & ex secundo 18. excerpta à pag. 247. n. 227. *Et propter hoc reddidit grates cum humiliatione profunda cum corporeis postrationibus, quas illicò fecit in vtero Matris cum illo corpusculo exiguo.* Secunda in primo Indiculo 9. in secundo 19. & 20. *Tunc cognovit suos Angelos Sanctos, easque benignissima invitavit ad laudandum Deum.* Tertia, *quod tunc fleverit pro peccatis hominum.* Omnes istæ propositiones facile fiunt credibiles tenenti cum SS. Patribus Dulcissimam Infantem in illo instanti præditam fuisse vsu rationis perfectissimo, gratia originali,

Charismatibus, & Donis supernaturalibus possibilibus vni puræ creaturæ elicuisse actus virtutum Theologicarum, & aliorum. Etsi in aliquo aliqua sensibilis apparet difficultas, vt in corporis postrationibus, recordetur eorum, quæ fecit Baptista in vtero Matris ad Salutationem Mariæ. Et pro omnibus dictis audiat Dionysium Carthus. de Laud. Virg. artic. 29. vbi eam appellat: *Miraculum grande ob tot, & tanta supernaturalia mirabilia incomprehensibilia, & divina in ea facta, & quia ipsa super omnem naturam, cursum, legem, & ordinem entium naturalem fuit eminenter sublimata.* Et Canisium lib. 1. cap. 11. fol. 75. *Nullam curam, studiumque nullum vnquam prætermisit, vt se, sensus & vires animi, & corporis ad omnem Dei nutum intensissime converteret, bonaque conscientia diceret: gratia Dei in me vacua non fuit, sed gratia eius semper in me manet.*

SECTIO QVARTA.

CONTINENS PROPOSITIONES TRANSFIXAS CIRCA Nativitatem Virginis Deiparæ Sanctissimæ.

205 OCcurrit illa propositio posita in 1. Indiculo 12. in secundo 22. extracta à pag. 371. num. 329. quæ talis est: *Vt primum Princeps Nostra Maria nata est, misit Altissimus S. Archangelum Gabrielem, qui Sanctis Patribus Lymbi evangelizaret hoc nuntium eis Iucundissimum.* Sed in favorem propositionis huius stat S. Birgitta lib 6. cap. 56. Vbi loquendo de gaudio, quod Patres antiqui habuerunt in ortu huius Auroræ divinæ dicit: *Amici vero Dei, qui in longa spectatione erant, dicebant inspirante eis Deo: cur amplius dolemus? gaudendum potius est nobis, quia nata est lux, qua illuminabuntur tenebræ nostræ, & desiderium nostrum perficietur.* Notator ipsius super hæc verba dicit: *Ex verbis huius notæ satis aperte deduci potest antiquæ Legis Patres, qui ante Christi Nativitatem detinebantur in Lymbo, Angelos quoque, mysterium Incarnationis prænovisse, &c.* Et post multa concludit: *Ex his ergo potest inferri verissimum esse, quod scribitur hic, Patres in Lymbo existentes in Nativitate Mariæ exultasse, &c.* Videatur eius sermo Angelicus. Ex dictis istis sic convincitur assignata propositio: Sancti Patres Lymbi cognoverunt, & per divinam inspirationem certificati sunt de ortu Mariæ; de qua exultaverunt gaudio; sed modus communis, quo Deus suas inspirationes hominibus immittit est ministerio Angelorum. Ergo. At S. Archangelus Gabriel deputatus est nuncius muysteriorum Almæ Virginis, vt dicemus infra cum Sanctis Patribus: ergo iste est qui illis Nativitatem hanc Iucundissimam nunciavit. P. Cancellot.

in Annal Virg. ann. 1. n. 3. rem totam versat: *Quantum vero exultasse dicemus in eadem nativitate primi Iudaici Populi Patres, quibus continuata serie successionum Natio prodijt Hebraeorum: Qualia Sacrorum vatum stetisse tripudia, cum vtrisque sub terra degentibus, & praestolantibus liberationem à Lymbi carcere (Sinum Abrahae vocant) nunciatus à Caelitibus est ortus illius Virginis optatissimus, &c.* Dum hi liberi sunt à censura, pari ratione Mater de Agreda.

206 Propositio in ordine primi Indiculi 13. secundi 23. excerpta à libri pag. 372. n. 330. est: *Angeli ordinaverunt quandam solemnem, & novam Processionem adducentes cum canticis Iubili singularissimi veram Arcam novi Testamenti, vt per aliquod spatium esset, non in Domo Obededon, sed in Templo Summi Regis Regum, & Domini Dominantium* De multitudine Angelorum infra. De Processione, qua Purissimam Infantem assumpserunt in Coelum, satis eius comprobatur possibilitas ex Processione passim à Patribus descripta, quãdo in sua assumptione fuit exaltata ad Gloriam Corpore, & Anima. Abundant Historiae Ecclesiasticae, in Ecclesia probatae, quae referunt diversas, & magnificas Processiones Angelorum, & Sanctorum, quibus deductae sunt in Empyreum multae animae Beatae, vt S. Pauli primi Eremitae. S. Martini Episcop. S. Petri de Alcantara, & aliorum plurimorum, de quibus in Breviario Romano. De Ascensu Reginae in sui Natalis die specialis difficultas non occurrit, visis, quae diximus ad artic. 14. Deputatorum, quod facit magis probabile illud: *Vt per aliquod spacium*, quo transeuntèr stetisse in Coelo significatur.

207 Tertia propositio posita in primo Indiculo 16. in secundo 24. excerpta in hoc magis ad longum, quam in primo ex pag. 378. n. 334. sic est: *Et cum eodem iubilo, ac laetitia reduxerunt eam ad brachia S. Annae, quam fugit iste casus, & defectus, seu absentia Filiae suae; quia pro ea vnus ex Angelis custodiae eiusdem substituit, corpus aereum adhunc effectum assumens: vltra quod, dum Infans divina detinebatur Corporaliter in Caelo, eius Mater fuit longo tempore in extasi profundissimae contemplationis.* De prima parte dubitare non licet, nec decet; Nam ad vrbanitatem Coelorum civium spectabat reducere è Coelo in mundum Mariam Sanctissimam eodem commitatu, iubilo, & laetitia, qua eam deduxerant, & nunc maximè postquam adoraverant, ac recognoverant, vt Reginam eorum. Secunda pars, quod scilicet S. Anna hunc ignoraverit successum, convincunt rationes, quas proponit Serva Dei, quod nimirum fuerit longo tempore in extasi, multa cognoscens de Altissimae Filiae dignitate: quod etiam Angeli sua specie, & forma substituere pro ea. Tertia pars, quod Angelus in corpore aereo substituerit pro ea; est sententia S. Gregorij in moralib. lib. 2. S. Isidori Hispalen. de summo bono cap. 12. & Bedae, quos secuntur

gra-

gravissimi Theologi videndi in Nota Duranti ad cap. 8. r. lib. 6. S. Birgitta pro hominibus sæpè in his corporibus Angelos substituisse. Et Sanctus Raphael pro Cursore substituit, & omnes, qui in Scriptura hominibus apparuisse leguntur. Ipsemet Dominus pro Hortulano, & Peregrino in sua Resurrectione; & pro ipso Deo substinuerunt Angeli exodi 3. & 4. Nam Dominus, qui loquebatur authoritate divina fuisse Angelum affirmat S. Stephanus act. 7. vers. 30. Et quoties in legendis Sanctorum legitur Sanctos simul fuisse in pluribus locis, vt noster Paduanus, qui dicunt non posse corpus vnum esse in pluribus locis simul, dicunt in vno Sanctum stetisse, & in alio suum Angelum pro eo substituisse. Cur non etiam pro sua Regina Maria? assignate, aut revocate propositionem.




208 Quarta propositio excerpta ab eadē pagina n. eodem posita in primo Indiculo 17. & in secundo 25. est: *Octavo die Nativitatis magnæ Reginæ descendit ab excelsis Angelorum multitudo pulcherrimorum, & magnificentissimorum, deferentium quoddam stemma, in quo nomen Mariæ erat sculptum, emicans ac splendens.* De Magnificentia horum Angelorum infra. De hoc stemmate lucido, & splendenti, in quo scriptum erat dulcissimum Nomen *Maria* in solatium Matris suæ Annæ, & vt sciret excellentiam nominis, quod iubebatur imponere Filiæ, non dubitarent Censores, si pie crederent Scripturis Ecclesiasticis, vbi legitur SS. Angelos plura pignora detulisse de Cœlo, vel ex aliqua materia pro suo fine composuisse, Cruces, Imagines, Vestes, Cibaria, Arma, & ornamenta. Cum ergo nos huic Historiæ aliam authoritatem non desideremus, quam, quæ legendis Sanctorum, & Ecclesiasticis Historijs tribuitur in Ecclesia, sufficiunt insinuatæ pro indemnitate dictæ propositionis. Et si hanc non admittunt; quid facient de Stella Magorum, quæ solis Rotam vicit decore, & lumine; in qua iuxta diversos Expositores cernebatur Imago quædam Sanctissimæ Reginæ, puerum Iesum gestantis in gremio; aut ipsum Infantulum Iesum portantem Crucem super humerum eius? Quid est difficilius facere stemma, vel Stelam, sculpere Virginem, & puerum, aut characteres nominum ipsorum? Nomen Theotocos in omnibus Ianuis Ephesi litteris aureis scriptum comparuit mane quodam tempore Concilij Ephesini. Et in Sepulchro V. Bedæ: *Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa.* Vt si hæc sunt somnia, & deliramenta apochriphorum, quid facietis de ampulla, Lutetiæ delata S. Remigio, quo S. Clodobæum, & alios Reges Galliæ iungi fert traditio. Hoc est velle allucinari, & contra se Censores calamos omnium movere.

209 Quinta posita in primo Indiculo 20. & in secundo 31. excerpta à pag. 428. n. 377. *Si Maria Sanctissima non locuta est, statim ac nata fuit, non est, quia nequivit, sed quia noluit.* Propositionem

hanc

hanc comprobat dictum illud Anselmi in elucidario: *Infans in Paradiso mox, vt nasceretur ambularet, & loqueretur absolute; & contra singulos defectus de lignis ibi positis vteretur.* Cur id denegemus Infanti Mariæ, quam natam confitemur eisdem, & potioribus qualitatibus, quibus Infantes in Paradiso; etsi aliquas Dominus occultari voluerit, & cellaretur mysterium? Ultra legimus Infantes plurimos ante tempus solitum miraculo fuisse locutos. Unus S. Ambrosium poposcit in Episcopum: Alter allocutus est Patrem suum naturalem dubitantem suum esse legitimum Filium, & hoc est intercessione S. Ioannis de Capistrano; & negabimus maiora miracula non fuisse facta in Dulcissima Infante Maria? Præterea ipse omnipotens Deus Corpus, & animam, Spiritu Sãcto cooperante, præparavit, vt dicit Eccles. in orat. *Salve Regina*; est Vas admirabile, opus excelsi; & pie non credemus perfectum non prodijsse in membris, & potentijs è manibus Domini, quod prodijt perfectam in omnibus animæ potentijs; cum Deus conaretur producere dignum Filij sui habitaculum? Maximè stante illud Dionysij Cartusiani positum n. 204. Hoc difficile pietas credit, & in propositione Authoris maiorem rationem, decentiam, & congruentiam invenit.

210 Sexta propositio in Indiculo primo 22. & in secundo 31. excerpta à pag. 429. n. 375. dicit: *Cum Sanctis Angelis custodiæ suæ, & quando sola precabatur Deum, in hac lege dispensatum est.* Nullus melius, quam Author nostra huius rationem assignat n. 378. *Quia vt loqueretur cum ipso Deo, huius beneficij Authore, & cum Angelis nuncijs eius, quando corporaliter agebant cum Infantula, non erat ea ratio tacendi, quæ cum hominibus; quin potius expediebat, quod vocaliter oraret; quia illa potentia non habebat impedimentum, & sine eo non erat futura otiosa tempore tanto, &c.* Conveniens enim erat silentium cum hominibus, vt occultaret scientiam, & cœlaretur mysterium, atque admirationi hominum obiaretur. Inconveniens, quod quando non haberet hoc periculum, semper taceret: privaret enim suum Sponsum illis desiderijs, quibus Cant. 8. optabat suam audire vocem: *Quę habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.* Et 2. vers. 14. *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis*: Quare cum hoc sit tam conforme Sacræ Scripturæ, expediens ipsi Angelorum Reginæ, Iucundum Deo, & Angelis; cogitare hoc esse figmentum Apochriphorum, est purum figmentum æmulationis.

SEC

CONTINET PROPOSITIONES EXCERPTAS CIRCA Infantiam Purissimæ Virginis.

211 PRima posita in primo Indiculo 23. & in secundo 34. excerpta à pag. 451. n. 339. est ista: *Sæpè tentabat exequi abiecta exercitia, vt mundare, verrere Domum, & cum id agere impediretur, curabat exequi, cum reperiebatur sola, assistentibus, & adiuvantibus eam Sanctis Angelis, vt in aliquo consequeretur suę humilitatis fructum.* Et loquitur de Divina Infante Maria ante eius tertium ætatis annum completum. Infirmitas virium eius potuit dare motivum in vrendi censura propositionem istam; sed tamen nullum est: quia stabilito certissime ipsam fuisse humilium humilimæ, & quod ob humilitatem ascendit ad Divinam Maternitatem, vt ipsa dicit in suo Cantico: *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ*: Nullus in dubium vertere debet inchoasse exercitium hoc, vt primum potuit: nam vt inquit S. Ambros. de ea videns ascendere cum festinatione Sanctificare Ioannem in vtero Matris: *Nescit tardæ molimina virtus, & Spiritus Sancti gratia.* Nec impedit quod deficerent vires, vt accenderentur desideria: nam vt inquiunt Tertulianus, & Crysologus: *Amor non accipit de impossibilitate solatium.* Tentaret ergo id exequi, ac precum a[illegible] ex dictis, nec si vires deessent, deficerent desideria, & conatus, quod indicat verbum illud: *tentabat exequi.* Nec si dicatur id opere executam esse, cum erat sola, officit, quia non dicit per se solam executam, sed assistentibus, & coadiuvantibus Sanctis Angelis, qui solum permitterent illam exequi, quod sufficeret, vt sua humilitas locum haberet, & quod vires eius excederet, ipsi operarentur potentissimi Principes.

212 Aut potuit esse motivum, quod hæc abiecta exercitia tantam Principissam, & Principes dedecerent. Confitemur Censoribus talia exercitia esse dedecentia Principes: sed attenta mundi superbia, quæ illa exequi non permittit, nisi per viles personas. At, divina politica attenta, sunt decentissima quibusque videantur, quæ damus in nostro Defensorio n. 746. de S. Margarita Scotiæ Regina, de S. Elisabeth Ungariæ, de S. Eudubige Poloniæ, de S. Ludovico Rege Galliæ, & de pluribus alijs, qui nihil magis Regium, & magnificum, reputabant, quàm dum hæc humilia, & abiecta peragebant, quod sic reputans Ecclesia in aliorum exemplum de his prædicat in actibus eorum. Nec purissimi spiritus, etiamsi in assumptis corporibus hæc exequantur, inquinantur, sunt enim clarissimi soles, qui etsi per immunda pertran-

transeant, non inficiuntur à sordibus, magis quam solares radij. In huius confirmationem narrat liber dictus Trinitas Thaumaturga fol. 119. n. 15. de S. Patricio: *Quod, cum sua Nutrice esset captus, in servitutem Œconomus Principis eius iniunxit, vt aulam verrerent eius Principis, eiusque pavimentum, focum, sordibus, & cineribus abiectis, emundarent. Cumque opus iniunctum explerent, Angelus Dominij ad servi humilitatem, eiusque Nutricis servitutem benigne respiciens, Patricio apparens iussit, vt à suo proprio domino peteret, vt ab ea servitute liberaret. Petente, vt iussus fuerat, & exorante Patricio, non tantum locus ille ab Angelo purgatus est, & mundatus; sed imposterum dono perpetuæ mundationis donatus.*

213 Pretiosa sunt in hunc Scopum, quæ ex N. Seraphico Doctore, & alijs, damus in N. Defensorio n. 745. quibus addimus ex Cancelloto in Annal. Marian. ad annum Virg. 36. n. 2. loquente de Dulcissimo Iesu: *Ad actuosam eius vitam pertinet obita domus identidem ministeria. Verrendo Domum, officinam purgando, & exhibendo Parentibus, vbicumque opus foret; impigram servitutem, quibus illa dicere quodam modo videbatur, quæ dicta deinde Apostolis Evangelista testatur* (Lucæ 22. vers. 27.) *ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Quod exaltat illud Apostoli ad Philip. 2. *Quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens:* & illud de ablutione pedum Discipulorum, quorum vnus Diabolus erat: & illud Psal. 22. *Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Si ergo Dominus Iesus, Deus de Deo, ad tam abiecta, & vilia se dimisit, quin dedecere iudicaret suam Divinitatem, quis est, qui audeat dicere illa esse indecentia Virgini, & Sanctis Angelis, & illos dedecere illa simul exequi ob amorem Filij sui, & virtutis humilitatis? Fateri cogimur hæc fuisse abscondita sapientibus, & prudentibus, & revelata parvulis, & consequenter humilimæ Matri de Agreda.

214 Secunda posita in primo Indice 24. & in secundo 35. ex pag. 451, n. 400. sic est: *At, quando cæpit loqui, humiliter rogavit suam Genitricem, ne eam indueret veste pretiosa, & lauta; quin potius rudi, inopi, & quæ, si possibile foret, alijs inservisset, coloris fusci cinerei, qualis est, qua vtuntur Sanctæ Claræ Religiosæ.* Indubitatum debet esse Magistram humilitatis, & modestiæ vsuram esse recte, quæ in forma, & colore magis recederet à fastu, pompa, & mundi lautitia; & relata his virtutibus magis consonat, illasque repræsentare experitur. Videmus hoc in personis, quæ, contempto mundo, se vitæ spirituali, seu Religioni tradere se resolvunt. Epiphanus Presbyter Constantinopolitan studiosus in perlegendis Authoribus Græcis, probatis, & repellendis suspectis, vt de Purissima Virgine, non solùm credibilia diceret, sed & firma, & vera, vt dicit Canisius lib. 1. de Deipara cap. 13. Tenet vestem Regi-

pæ

næ Sanctissimæ de lana fuisse, nativi coloris, seu non subiectam tinturæ. Secuntur hunc Nizephorus lib. 2. Ecclesiasticæ Historiæ; Cedrenus in compendio historiæ S. Anselmus; & Pelusiota epist. 74. Quod satis consonat cum dicto Authoris.

215 Dulcissima Infans Maria non dicit Matri suæ, quod esset color vestis suæ, sicut color vestis Monialium S. Claræ: nam etsi prò sua profundissima scientia sciret S. Claram futuram, & colorem indumenti Sancti Monialium huius, fortasse S. Anna nesciebat, & sic non posset aptare vestem requisitam: Poposcit colorem fuscum cinereum, quem, vt indicaret Serva Dei Maria de Agreda, ex revelatis, vel ex visis, aut auditis, quod aliquando sibi contingebat, vt revelatum conceptum exprimeret, sicut dicit num. 24. recurrit ad colorem vestium Monialium Sāctæ Claræ, sed quam congruenter, & ad propositum patet: nam si loquitur de colore vestis ipsius S. Claræ, conveniunt Historici Seraphicum Patriarcham Pauperum induisse sago eam, & modo quo ipse erat indutus, cuius color vestis erat fuscus, nativus cinericius, vt tenent omnes Franciscani. Si de vestibus, quibus modo vtuntur Religiosæ illæ, sunt de staminea, aut panno, nativo, & naturali colore nulla tinctura variegato, qui ad fuscum, & cinereum declinat. Tali colore à suis constitutionibus indui iubentur, etsi quæ aliter indui invenitur, severè punitur, & tali veste à Superioribus privatur; ex quibus propositionis proprietas infertur. Sed quod magis est, quod sic revelata legimus V. Matri Ioannæ Valois Reginæ Franciæ, institutrice Monialium Visitationis V. Mariæ, & confirmatum à Leone X. in approbatione Regulæ eārum, & confirmatione confraternitatum decem beneplacitorū, vt patet in Bulla, & in lib. Antuerp. impres. qui de his omnibus tractat. Quare, qui talem propositionem reprobat, reprobati propositionem à Sede Apostolica approbatam.

216 Tertia propositio posita in primo Indiculo 25. & in secundo 36. excerpta à pag. 452. n. 401. prædicti libri est huiusmodi: *Et permisit se vestiri eo indumento, quod Matri placuit, licet in colore, & forma fuerit, sicut eius Celsitudo rogaverat, admodum habiti cum devotionis, quibus Infantes, vti consuescunt.* Solent nationes piæ, Hispana specialiter, Infantes tàm mares, quàm fœminas induere habiticulis Religiosis, quando iam rectè incedere cognoscuntur, non vnius Religionis, sed illarum, ad quam, vel inclinatio Parentum, vel votum factum alicui Patriarchæ Religionis, propter periculum mortis, à quo ex eius intercessione cognoscitur evasisse, impellit: aut, vt ex illa liberentur ab his, quæ imminent in infantia: aut vt illico inveniātur prævēti contra illecebras mundi cum habitu Religioso, statim quod vsum rationis attingunt. Laudabilis consuetudo, vt patet ex motivis, quæ ita aliquos affecit, vt habitum nunquam ex vi voluerint, sed facti sunt Re-

ligiosi. Abbatissa N. Ven. postquam descripsisset vestem Purissimæ Mariæ, & quod Genitrix eius condescenderat suæ petitioni in forma, & colore, prout eam rogaverat, & quod licet non esset tam austera, quam ipsa rogaverat, indui se permisisset, vt meritum haberet obediendi: & cum invenisset similitudinem coloris vestis, cum colore Monialium S. Claræ, vt in forma vestis eam assimilaret, qua melius cultum muliebrem exprimeret, aut ex visis, aut ex revelatis, aut auditis, prout supra diximus de colore, occurrit sibi forma vestis, qua Infantes ex devotione indui consuescunt: & dixit formam vestis Dulcissimæ Infantis fuisse ad formam vestis, qua Infantes induuntur ex devotione.

217 Pone tibi ante oculos Infantulam quamdam speciosissimam indutam veste coloris nativi fusci cinerei ex lana intra terminos maioris modestiæ, & honestatis, etsi vidisti infantes indutos habiticulis devotionis, dic mihi, si aliquid similius invenire potest huic formæ vestis suavissimæ Puellæ? Et audi Nizephorum in versione Lagi citatum apud Canisium n. 214. *Erat denique fastus omnis expers, simplex, minime quidem vultum fingens, nihil mollicici secum trahens, sed humillitatem præcellentem colens, vestimentis, quæ ipsa gestavit, coloris nativi contenta fuit, idque etiam nunc Sanctum capitis eius velamen ostendit.* Confert verba ista cum propositionibus ijs duabus, & videbis eas in substantia imbibitas in illis; sed in Auctore hoc nullus est ausus eas reprobare: ergo eas reprobare in Abbatissa de Agreda est purum thema æmulationis Factiosorum.

SECTIO SEXTA.

CONTINET PROPOSITIONES EXCERPTAS SPECTANtes ad Sanctos Angelos Reginæ Angelorum.

218 MUltas propositiones ex dicto libro excerpsernnt æmuli V. Mariæ de Agreda, in hoc ultimo articulo, & in vtroque Indiculo, nempè de multitudine Angelorum pro custodia, & obsequiosissimæ Mariæ designatorum, de eorum ordine, & munerum distributione, ornatu, insignibus, forma, & specie, quas pro nostro modulo confirmare tentamus Authoritatibus Scripturæ, Patrum, & congruentijs respectivè atque ostendere minus esse, quod Serva Dei dixit, quam quòd illi suis acclamationibus prædicarunt. Et quidem primo mille Angelos designatos fuisse ad custodiam, & obsequium huius Reginæ Sanctissimæ, dixit Author Nostra in dicto libro n. 201. & alibi, quod ipsius æmuli tolerare non potuerunt; sed quod

illi feire non possunt, Sancti Patres indubitatum credunt, quod statim ostendo.

219 S. Ioannes Chrysostomus relatus ab Andræa Victorello de custodia Angelorum, fol. 122. dicit: *Infinitam militiam Angelorum ad gloriosæ Mariæ obsequium esse deputatam nullatenus ambigimus, qui caverent, ne præparatum æterni Regis hospitium hostis incederet.* S. Bernard. serm. Laud. Mariæ: *Sed & innumerabilium Beatorum spirituum militiam ad ministerium tantæ Principis delegatam nullatenus ambigimus, vtpotè, qui Custodirent lectum Salomonis gratissimum, ac providerent, ne præparatum æterno Regi hospitium alienus hostis invaderet.* S. Anselm. de excel. Virg. cap. 3. *Nulli dubium est castissimum Corpus, & Sanctissimam Animam ab omni fuisse macula peccati Angelorum custodia protectam, vtpotè aulam, quam suus, & omnium Creator Deus erat corporaliter inhabitaturus: nam inter omnes obtinuit vsus, cum Prępotens aliquis, & persona dives aliquo vadit hospitaturus, vt clientes præcurrant, & locum præparent.* Dionis. Carth. lib. 1. de prec. Mariæ, art. 9. *Lectulus veri Salomonis, ad cuius custodiam non dubitandum magnam multitudinem Angelorum Cælitus fuisse transmissam.* Fulbert. Carnoten. serm. de Nativ. Virg *Quanta putamus provisio Angelorum circa tam Deo gratissimos Parentes ab initio suæ procreationis, & excubatio super tam ingentem Sobolem: nulli profectò dubium est, quod circa eam, iam tunc omnis frequentia Cælestium agminum invigilabat; vtpotè quam super se minimè ambigebant.* Sed hoc, quod Patres isti non dubitandum asseruerunt, Parisienses Factiosi Virga sua censoria castigandum crudeliter decreverunt.

220 Secundo spiritus hos Sanctissimos, non solùm innumerabiles, verumetiam de Superioribus esse non minus alleveranter Sancti Patres prædicant. Seraphicus Doctor ad finem Psalterij Mariani. *Tibi omnes Angeli, & Archangeli, tibi Throni; & Principatus Fideliter deserviunt. Tibi omnes Potestates, & omnes virtutes Cælorum, & omnes Dominationes obediunt. Tibi omnes Chori, Cherubim, & Seraphim assistunt. Tibi omnes Angelica natura incessabili voce proclamat, Sācta, Sācta, Sācta Maria Dei Genitrix, Mater, & Virgo.* Idiota 4. p. contēplat. 19. eam appellat: *Lectum Salomonis: quia sexaginta fortes de fortissimis Israel, id est; Angeli designati custodia, & obsequiosa reverentia ambiunt. Angelici spiritus fortes inter fortissimos spirituum, Israelis nomine designantur; quia assidua contemplatione Deum intuentur.* Idem dicit Ioan. Hailgronus, quibus vltra super addit Ricard. à S. Laurent. lib. 10. de Laud. Virg. *Ad custodiam, & obsequium B. Virginis non inferioris, sed Superioris dignitatis Angeli deputati sunt.* Et Dionysius Cartus. in cantic. artic. 12. *Non tam ob indigentiam, quam ob reverentiam eius.* Gregorius Nicomedien. de oblatione Deiparæ: *Oportebat ei non vnum solum Angelum dese-*

ruire, sed decies millia eam stipare. Vide quæ damus in apparatu Nostri Defensorij ex S. Bernardino n. 56. Andræas Victorellus vbi supra inquirit: *An plures Angeli eidem B. Virg. inservierint?* Et respōdet: *Nullus est, quem cognoscam, ambigendi locus, Reginæ Cælorum, & Angelorum Dominæ est testimonio Ecclesiæ. Filiæ, Matri, Sponsæ Dei, Patris, Filij, & S. Sancti præstantissimorum Ministrorum Chori non potuerunt, non obsequi, non seruire.*

221 Tertio, conversationem suam sæpè Purissimam Dominam cum spiritibus his habuisse tenent similiter SS. Patres. Doctor Seraphicus in Speculo cap. 3. *Intelligentia Angelica est famula super quam Domina sua innititur certè familiarissima se Angelis sociando. Innititur tamquam delicatissima in Angelis deliciando. Innititur quoque plenissima secum sua plenitudine Angelis communicando, &c.* Gregor. Nicomedien. apud Andræam Victorellum vbi supra: *Cum Angelis versabatur Maria, divinarum revelationum particeps.* Rupert. lib. 3. in cant. cap. 3. *Tu Regina Angelorum per sæpè Cælestibus interfuisti, & inter hæc didicisti, vel assecuta est aliquid, quod latet, & latere nos debet.* S. Ambros. apud Cancellotum in Annal. anno 10. Virg. S. Ioann. Chrysost. tract. 7. in Sanctissimam Deiparam. Damasc. orat. 1. de Nativit. B. Mar. specialiter videatur S. Getrudix lib. 4. cap. 51. fol. 378. Ricard. de S. Laur. lib. 11. de Laud. Virg. *Cum enim Filius Dei vellet assumere trabeam humanitatis in Tabernaculo Virginis, præcepit Angelis, quod eam custodirent ab omni illecebra carnis, dicens illis: ite ad castellum, ite ad Virginem custodiendo, ite ad Virginem consulendo, ite ad Virginem commitando: hæc Virgo dicitur consequenter etiam Castellum.*

222 Quarto, Purissimam Reginam his imperasse, ipsosque Sanctissimos Spiritus ei promptissime obtemperasse, vltra, quod ex dictis Patribus constat, docet S. Bonav. prosequens verba ante Immediatè posita: *Innititur insuper tamquam Potentissima Angelis imperando: omnibus enim Angelis Maria innititur imperio: vndè Augustinus* ait: *Michael Dux est Princeps militiæ Cælestis cum omnibus spiritibus administratorijs, tuis Virgo paret præceptis in defendendis in corpore, & suscipiendis de corpore animabus Fidelium, specialiter tibi, Domina die, & nocte se commendantium.* B. Albert. Magn. in Biblia M. super Matth. appellat eam mysticè *Centurionem: quia veraciter potest dicere: nam & ego homo sum, licet super Angelos exaltata, habens sub me milites, id est, Angelos omnes, & dico huic; vade, & vadit ad liberandum, consulendum, & transferendum socios de terra, & vadit obedienter: & alij, veni, & venit.* S. Birg. serm. Angel. cap. 20. *Quidem Angeli ita postmodum obedientes Virgini effecti sunt, quod omnes inferni pænas libentius substiverent, quam aliquibus suis præceptis in aliquo contradicerent.*

223 Hinc iam non erit creditu difficilis numerus ille mille An-

gelorum designatus à Deo pro custodia, & obsequio Mariæ eorum Reginæ, quem assignat Abbatissa n.201. nam si SS. Patres assignant innumerabiles Angelos, & Legiones: & de Superioribus, & fortissimis Israel: minus illa dicit, cum asserit fuisse mille selectos de omnibus choris,& plures de ordine Seraphinorum. Nec quinto; iudicabatur impossibilis distributio assignata eorum,munerumque diversitas; cum Ecclesia credens Deum *miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensare.* Et, qui, quandocumque multi Angeli simul reperiuntur, legitur in Scriptura eos dici *militia Cælestis.* Vt Lucæ 2. *Facta est cum Angelo multitudo Cælestis militiæ.* Quam multi arbitrati sunt cum Victorello vbi supra, fuisse Ministros B. Virginis: *Chori Castrorum,* quos fuisse Angelos assistentes suæ Reginæ, innuitur in officio Conceptionis Romano Franciscano: *Quid videtis in Sulamite, nisi Choros Castrorum.*Et Philip. Abbas.lib.6.in cant. cap.14. dicit: *In qua nihil Sponsus videt, nisi miram concordiam laudis, & fortitudinis exquisitæ, nisi Choros laudabiles, & antiquos exercitus Angelorum*: vltra dicuntur *exercitus, acies benè ordinata, Turris David cum propugnaculis, mille Clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: at in exercitibus, Castris, Aciebus, Choris, ac Militijs, sunt officia, & ministeria suo ordine debito distributa: ergo aut Scriptura sine proportione vlla has suscipit methaphoras, aut dici debet esse inter Angelos, Principes, Duces,Superiores,& inferiores; diversa officia, seligi ex multitudine,& ex illis vnum electum componi Exercitum in custodiam, & obsequium Purissimę Angelorum Reginæ.

224 Ex dictis etiam satis consona pietati videtur designatio mille Angelorum, à Deo facta ad custodiam, & obsequium suæ dilectissimæ Genitricis,selectorum centum ex vnoquoque Choro,qui nongentos constituunt: duodecim, qui frequentius assisterent ei in forma visibili,habentes insignia Redemptionis; & qui sunt illi, qui erant in portis Cœlestis Ierusalem,Apocal.21.vers. 12. de quibus videatur in Authore N. n.272. Decem & octo signati in illis Scalæ Iacob, ascendentes ab ipsa Domina ad Altissimum,& descẽdentes ab ipso ad eam, quorũ exercitia etiam describit Auct.n.201.Septuaginta ex proximioribus Throno Divinitatis; qui sunt isti, quare selecti à Deo, exercitia, ministeria,& eorũ præmia accidentalia?Optimè ipsaServa Dei n.206. dicit:cum enim multi dati sint Purissimæ Reginæ, non ob indigentiam, sed ob reverentiam, sint munia omnibus, secundum propositionem deputationis, specialia,diversa,& satis congrua,vt Angeli dignissime exerceantur in hoc Choro, exercitu, & militia Mariana;crescat ex his laus, Excellentia, & magnificentia N. Reginæ Mariæ: nulli Scripturæ Patrum, & probatissimorum virorum testimonio, rationi, aut congruentiæ opponatur; videtur rationabiliter non posse

negari; & propositiones illas positas in primo Indiculo 26.27. 28. & 29. Et in secundo 7.8.9.esse exemptas ab eorum censura.

225 In sequendo Auctoris nostræ litteram libet immediatè agere de duabus alijs propositionibus, quæ sunt primo Indiculo 30. & 31. & in secundo 10 & 11. ex num. 205. pag. 224. est prima. *Et vt aptius hoc invincibile agmen disponeretur, assignatus est in caput eius Princeps militiæ Cælestis S. Michael:* Cum ex Sacra pagina hic S. Princeps asseratur Dux, & caput: Apocalyp. 12. *Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone.* Ex SS. August. & Bonav. n. 222. obsecutor sit præceptorum Sanctissimæ Reginæ, non est cur excludi censeatur ab eius custodia, & ductu agminis eius: maximè cum S. Greg. Nazianz. vt refert Franciscus Ximenius, Patriarcha Hyerosol. lib. 2. Vitæ Christi; dicat: *Michaelem Archangelum custodiæ Virginis deputatum, quem in ipsius Annæ visceribus sæpius intueretur.* Quod cohæret cum illo, quod Author Nostra prosequitur dicens: *Qui licet non semper assisteret cum Regina, sæpe tamen committabatur eam, eique assistebat. Et Altissimus eum designavit, vt in aliquibus mysterijs, tanquam specialis Christi Domini Nostri Nuncius attenderet ad custodiam suæ Sanctissimæ Matris.* Videatur, quod hic Princeps legitur fecisse cum Ven. Matre Maria Villani, Dominicana, apud Patrem Marchesium Confessarium ipsius, in illius vita lib. 3. cap. 2.

226 *Itidem fuit designatus S. Princesps Gabriel, vt descenderet ab Æterno Patre ad legationes, & ministeria, quæ spectabant ad Cælestem Principissam.* Conformitatem propositionis huius cum Sacra Scriptura persuadet illud Luc. 1. *Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem, &c.* Et ex SS. Patribus tenet S. Ildefonsus ser. 5. de Assumpt. dicens: *Gabrieli Archangelo eius* (Virginis) *tota causa commissa est.* Sophroni ser. de Assumpt. *Virginem Angelus Gabriel,* vt *Cælestis Paranimphus, intactam custodivit.* Videatur S. Bernard. epist. 77. Petrus Damianus orat. 1. de Nativit. Virg. Carthusianus in 2. dist. 11. q. 2. Eusebius Emissen. homil. in Evang. Natalis Christi. Abulensis in Matth. 18. Et plures alij, qui vnanimi consensu tenent Principem hunc designatum fuisse custodem Dominæ N. Videant modo Censores, quam partem suæ censuræ istis applicant propositionibus, etsi simul cum illis Sanctos Patres transfigunt.

227 Præterea dicit Serva Dei Maria de Agreda n. 362. pag. 414. *Quando ei visibiles apparebant, habebant formam alicuius invenis in puerili ætate, sed summæ speciositatis, & iucunditatis.* In primo Indiculo 32. & in secundo 26. Sed si reprobatur asserere apparuisse Angelos Virgini Purissimæ in forma Iuvenum Splendentium: Reprobatur ex eadem ratione apparitio illa Angeli facta mulieribus Marci 16. v. 5. *Et introeuntes in monumentum viderunt Iuvenem sedentem in dextris coo-*

per-

pertum stolla candida. Tobiæ 5. vers. 5. *Tunc egressus To'i's invenit Iuvenem Splendidum,&c.* Secundo Machab. 3. vers. 26. *Alij etiam apparuerunt duo Iovenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu.* Transfixio ergo huius propolitionis videtur contra Verbum Dei, & male sentire de puritate ipsius Angelis Purioris.

228 Dicit vltra Serva Dei Maria n. 363. *Angelos huius agminis corporaliter apparentes eorum Reginæ, deferre in capitibus coronas florum extrenuorũ, ac vividorũ, emittentiũ odorem, ac fragrantiam suavissimam.* In primo indiculo est 33. in secundo 27. ex pag. 414. In eisdem locis dicit: *Ipsos portare in manibus palmas contextas varietate, & pulchritudine.* Est in primo Indiculo 34. in secundo 28. ibidem dicit: *Hos deferre quãdã Insigne in pectore, quod percipiemus instar stemmatũ ordinum militarium, in quibus scriptum habebant Maria Mater Dei.* Est 35. in primò Indiculo, & in secundo 29. Tandem dicit n. 372. *Decem & octo Angelos componentes agmen istud, & apparentes suæ Reginæ deferre pro ornatu plura insignia Passionis, & aliorum mysteriorum Redemptionis, in pectore præcipuè Crucem vnam, & alteram in Brackio, ambas speciositatis singularis, & splendoris refulgentis.* Est vltima in primo Indiculo, & in secundo trigesima ex pag. 422. Non possunt audire Censores isti Angelos apparuisse cum coronis florum, palmis pulcherrimis, insignibus cum inscriptionibus, & Crucibus speciosis.

229 Verum enim vero velle restringere Angelorum formas apparentium, species, indumenta, & ornatus ad determinatum modum, est velle ad nutum imponere eis normam apparendi, & eorum Authori: qui ad nullam regulam coartantur, dummodò indecentiam connaturalem non inducat, vt si diceretur eos apparuisse sub forma animalium immundorum, aut cum insignibus disconvenientibus formæ, qua apparent, vt si dicerentur apparuisse sub forma porci, serpentis, aut bufonis. Sub his formis apparere Angelos satis suspectam reddit apparitionem: non autem informis, & cum insignis congruentibus: quæcumque illa sint. Ducimur ad hoc Sacræ Scripturæ Testimonijs: nam Iosue 5. vers. 11. apparuit Angelus in forma *hominis armati, evaginatum Tenentis gladium, vt Princeps exercitus Domini.* Iudic. 6. v. 21. *Cum Virga in manu.* Et 13. vers. 6. *Terribilis nimis.* Et Psal. 103. v. 4. *Qui facit Angelos suos spiritus, & Ministros suos flammam ignis.* Daniel 3. vers. 92. *Sub specie Filij Dei.* Tobiæ 5. vers. 5. *Sub forma Iuvenis splendidi, stantis præcinti, & parati ad ambulandum.* Machab. 2. cap. 3. vers. 25. *Sub forma equitis sedentis super equum B.* Apocalip. 4. v. 5. *In forma Lãpadarũ ardentium ante Thronũ alium qui sunt septem Spiritus Dei.* Et 10. v. 1. *Et vidi alium Angelum descendentem de Cœlo amictum Lumine; & Iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam columnæ ignis.* Et 8. *apparent clangentes tubas.* Recole descriptio-

tionem, quam de Archangelo Gabriele fecit Daniel cap. 10. vers. 5. Et alia innumera, quibus visis differentijs in forma, specie, armis, vestibus, & ornatibus, non apparet posse reprobari ea, quæ Mater de Agreda adducit in suis dictis propositionibus.

230 Suadetur amplius cum doctrina S. Greg. Magni, homil. 26. & 34. in Evangelia, qui profundè notat ex nomine, quo Angeli appellantur, ex forma qua apparent ex vestibus, quibus ornatur, varia mysteria, quæ Angeli erga nos gerunt, cum apparent. Nam exempli gratia Gabriel dicitur fortitudo Dei, *quia illum nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est.* Similiter in *sessione* Angeli apparentis mulieribus in Resurrectione Domini: *in vestibus albis, in facie instar fulguris multa detegit mysteria diversa*: quibus colligitur, non tàm attendenda esse ea, in quibus apparent Angeli, quàm ad illa, quæ sub his indicantur mysteria. Author Nostra conformis ad hanc doctrinam n. 361. dicit: quod hæc Angelorum insignia indicant præmia accidentalia, quæ promeruerunt SS. Angeli tempore, quo viatores steterunt in illo facto in Cœlo prælio contra malignos spiritus in defensionem honoris Humanitatis Verbi, & Sanctissimæ Genitricis eius. Quare negare eis coronas, & ipsis redimi, est ipsis præmia negare, & viam sternere ad negandas aureolas pro præmio. Nec si dicat esse ex floribus contextas emittentibus fragrantiam, & odorem, credas loqui de floribus, & odoribus terrenis, nam ipsa n. 363. Spiritualiter intelligit, & intelligendi erant iuxta illa canticorum. *Falcite me floribus stipate me malis: in odorem vnguentorum tuorum currimus; trahe me post te, in odorem curremus vnguentorum tuorum.*

231 Palmas illas, quas in manibus gestabant contextas varietate, & pulchritudine dicit ibidem significare virtutes, & coronas, quas Sanctissima Maria erat consecutura cum tanta Sanctitate, & gloria, quod totum quasi præproperè, & disimulantèr ei offerebant, cum affectibus etiam iubili, & lætitiæ. Quia tamen ad hoc n. 363. vsque ad finem capitis ipsa Author profundissime declarat altissima mysteria in insignibus, in stemmatibus, scriptionibus, Crucibus, & alijs instrumentis, quibus illi apparebãt, verbis dignis suo spiritu, & revelatione, & aptioribus illis, quibus id ego possem significare, ideò piumLectorem ad suã litteram remitto: quare miror Viros doctos, Theologos professione, & in Scripturis, & Patribus versatos, vt iure credere debemus, in his propositionibus dubitare potuisse, & quod magis est, tam crudeli censura inussisse.

232 Has omnes, & singulas propositiones, etsi pro tenui mei ingenij conanime fulcitas, pro altiori penna fortius muniendas, non erubuerunt Deputati, & Syndicus, cum suis confederatis, sua assig-

nato gladio transfigere censorio in publico Theatro Parisijs modo furtivo,& tumultuario tamen, non obstante, quod multæ sint in Scriptura contentæ; plures à SS. Patribus conclamatæ; plures in dictis Catholicorum assertæ; plures in ratione nitantur; pleræque opportunis congruentijs firmentur, & omnes ab insigni Serva Dei Maria de Agreda firmentur, ex particulari revelatione Divina sibi fuisse communicatæ; & quod cædit in laudem Dei, in excellentiam, & decorem Sanctissimæ Angelorum Reginæ, & piorum ædificationem. Omnes has, & singulas propositiones (inquam) iudicarunt falsas, temerarias, contra Ecclesiasticæ regulæ modestiam assertas, reddentes somnia, & fabulas Apochryphorum, & contemptui Impiorum, & Hæreticorum Fidem Catholicam exponentes. Nullam assignaverunt suæ censuræ rationem, saltim apparentem, nullo nituntur fundamento; sua voluntas, quæ est potentia cęca, sola eorum iudicij moderatrix stitit, & sic prodijt distortum, & contra æquitatem.

CONTRAPOSITIO PRO CORONIDE.

233 Quinque fuerunt isti ad summum, nec fuit alius etiam ex Factiosis, qui totaliter conveniret in eorum sententia, vel censura; sed quot homines, tot sententiæ. In contrapositionem istorum libet ponere in altera bilance, quid dicant de libro, de eius doctrina, & Auctrice, & consequenter de suis propositionibus multi alij gravissimi Viri, liberi, experti, qui librum profundissime examinarunt, & rationem sui asserti ad longum præstiterunt, quas damus in nostro Defensorio, & ante cuiusque dictum numerum assignavimus. Antesignanus procedat Magnus ille Diœcesanus Authoris, D. Michael de Scartim Episcopus Tyrasonen. qui postquam Synodum instituisset doctissimorum Virorum, in qua nec minimum verbum reliquit quod in trutinam non vocaret, cum nullum minus habens pro sua pietate, & doctrina magna, qua pollebat de consilio, & consensu totius Synodi edidit approbationem illam, quæ in principio operum transcribitur, in cuius calce, verbis latino sermone datis, vt ponuntur in dicto defensorio n. 579. sic concludit. In his ergo Scriptis Ven. Matris Mariæ ,, à Iesu Regale Sigillum Divinæ Maiestatis reperimus, cum opus sit ,, supra vires humanas, atque adeò procedens à virtute Divina. Insuper reperimus doctrinam solidam, fundatam, & veram, Evangelicæ ,, Legi respondentem, proportionatam notitię, & reverentię Dei, eius ,, Purissimæ Matris, Sequelę virtutis, & odio vitiorum accommodam.

234 Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Didacus Silva, in sua approbatione iussu consilij Regis Castellę, posita in principio operum, postquam magnis laudibus historiam extulisset, dicit verbis positis in Defensorio nostro, n. 582. Si cœpi, vt Censor, fi-

nem

,, nem faciam, vt supplicans celsitudinem vestram, quod Regio ,, Imperio non solum editionem permittat, non solum licentiam ,, concedat, quin potius providentiori sui dictaminis medio ,, compellat, vt omni mora post habita feliciorem huius editionis ,, diē videamus; vbi possint mortales semitas æternitatis detegere in- ,, ter characteres Solis huiusce, qui nostræ lætitiæ oritur. Ubi nostra ,, ingratitudo rependat gratitudinis veracitatem, & suffocatio nostra ,, meliorum mediatricem respirationū. Latebat in vmbris Prophetiæ ,, prodigium Sanctitatis Marianæ, exeat ad expignorandum solamen ,, nostrum in huius doctrinæ principio, &c.

235 Reverendissimus P. Andræas Mendo Societatis Iesu in approbatione historiæ posita in principio operum, & à nobis n. 581. vbi ,, dicit: Si hunc librum, quis attentè legat, doctus evadet, & exactè ,, ad Sanctitatem excitabitur; eius enim documenta ignorantiam fu- ,, gant, & ad heroicas operationes instigant; hæc est enim pretiosa ,, vena, quæ revelata est ad ditandam Ecclesiam, ex qua quivis status ,, haurire potest metalla, & pretiosos lapides ad exornādas & cōponē- ,, das animas, & potētias. (*Et in calce censuræ*) Puto ergo quod liber iste ,, Mysticæ Civitatis Dei, & historiæ vitæ Mariæ Dominæ nostræ, qui in ,, tres partes dividitur in nulla illarum continet doctrinam, eventum, ,, clausulam, rationem, nec verbum, quod Sacræ Scripturæ, Fidei ,, Catholicæ; pietati, vel bonis moribus opponatur. Et quod omnes ,, plenæ sunt Superioribus, & sanis documentis, quæ ad laudes nostri ,, Magni Dei, & eius Sanctissimæ Matris devotionem, ad culparum ,, fugam, virtutum acquisitionem, & ad inhiandum perfectionis cul- ,, men movent: vndè omnium profectui, & animarum communi bo- ,, no potest, & debet concedi licentia, vt imprimatur.

236 Reverendissimus P. Franciscus Almeda Societatis Iesu, in approbatione pro editione Lusitana dicit, vt habetur in N. Defenso- ,, rio num. 584. Nedum invenio in his operibus, vel minimum ali- ,, quid, quod Sanctæ Fidei nostræ veritati, aut puritati bonorum mo- ,, rum adversetur: quinimò tot in ipsis subeunt mihi admirationes, ,, quod continent periodos. Vnit hæc Cœlestis Scriptrix suam stylli ,, elegantiæ Religiosiorem, & modestiorem gravitatem verborum: ,, subtilioris Theologiæ apicibus maiorem proprietatem, & clarita- ,, tem terminorum: Abditioribus sacrarum litterarum arcanis, felicio- ,, rem, & conformiorem expositionem, ac tandem ardentiori devo- ,, tioni coniungit discursus. *Et loquens de Authore dicens*: est profectò ,, in eruditione eminens, flagrans in affectibus, sapiens in doctrinis, & ,, in omnibus quoddam novum, & portentosum gratiæ miraculum, ,, capax, vt pie, ac prudenter autumemus, vt eius calamum guberna- ,, tum fuisse superno Sapientiæ Matris impulsu.

237 Reverendissimus P. Antonius Morales, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis, in approbatione pro eadem impressione Lusitana sic dicit propriam sententiam verbis datis in nostro Defensorio num. 585.
„ Quanto plus meo arreptus zelo intendebam defectus detegere, in-
„ veni intellectui meo admirationes, meæque voluntati affectus in-
„ flamantes, & quamquam in Ecclesia Catholica prudentissimo zelo
„ novitates, semper fuerint formidinis, & timoris occasio, iustum
„ tamẽ est, vt inter novitates, & novitates statuatur discrimen. Etenim
„ aliæ sunt Christiana pietate indignæ, aliæ vero eidẽ pietati congeniæ.
„ Priores reprobationẽ, posteriores vero acceptationẽ promerentur....
„ Facilius convinci potest intellectus de hoc, quod scilicet hæc Ven.
„ Religiosa fuerit à Deo inspirata ad hoc opus scribendum, quam de
„ eo quod cùm esset fœmina illiterata, & doctrinarum studijs inculta,
„ illud perfectè, & omnibus muneris absoluisset.

238 Reverendissimus P. Antonius Descamps Societatis Iesu, datus in nostro Defensorio n. 588. in approbatione pro impressione Perpinian. sic concludit suum votum: *Ob hæc motiva Vir vnus ex Doctoribus* huius terræ magnus Prælatus, & rebus spiritus versatus, dixit:
„ Digitus Dei est hic, ingenue fatendo valdè probabile esse hanc hi-
„ storiam fuisse Cœlitus revelatam, & debitum pietatis obsequium
„ postulare, vt ipsi Fides, tanquam revelatæ adhiberetur. Et egò ad-
„ dam, quod esset grande piaculum cogitare, aut publicare hoc opus
„ fuisse alicuius hominis commentum huic fœminæ affictum; & quod
„ moraliter est impossibile, quod homo, qui ostendebat se illustratum
„ tanto Divinitatis lumine Cœlesti, sapientia, & scientia Sanctorum,
„ hanc noxam incurrere.

239 Reverendissimus P. Ioannes Delgado Dominicanus, in collatione impressionis Lusitanæ cum prima Matritensi operum præfatorum facta iussu Tribun. Inquisition. Hispan. verbis datis in Defensorio
„ n. 589. dicit inter alia de libris hisce: In his enim reperitur, quoad
„ persuasionẽ efficacia; quoad reprehẽsionẽ acrimonia, quoad sentẽtias
„ soliditas: quoad ardorẽ inflamatio, quoad elocutionẽ dulcedo, quoad
„ dictionẽ proprietas, nedũ in terminis domesticis, polyticis, & Rethoricis;
„ verũ in Philosophicis, & Theologicis, vt in admirationem, ne di-
„ cam stuporem tui rapias quodquod opera tua legunt, etiam do-
„ ctissimos, & qui pluribus annis Scholas frequentarunt, licet ab illis
„ ob sexus conditionem semper fueris peregrinata.

240 Reverendissimus P. Raymundus Lumbier Carmelita Calceatus, Cesaraugustanus, in epistola dedicatoria ad tractatum de Es-
„ sentia Dei, & attributis loquendo de hac Historia dicit: Opus sane
„ vndequaque mirabile, omni ex parte perfectum, & ausim dicere
„ miraculosum, & post Sacræ Scripturæ dignitatem inter præcipua

,, numerandam, & speramus decernendum. Vide Defensorium nume-
,, ro 660.

241 Collegij Celeberrimi Ordinis S. Benedicti, constantis ex sex gravissimis Magistris in Civitate, & Academia Ovetensi, approbantis quoddam certamen devotum ad defensionem huius Historiæ,
,, vt habetur in nostro Defensorio, dicit inter alia de ipsa: Non est
,, quod formident deceptionem aliquam in novitatibus huius Ven.
,, Matris, siquidem tantum distant, vt sint contra Fidem nostram, quod
,, potius sunt confirmatio, & mirabilis explicatio Sacrorum myste-
,, riorum eiusdem: tantumque distant, vt sint contra bonos mores,
,, quod omnes illæ è Regione sunt quædam continua exhortatio, vi-
,, vidissima, & efficacissima, vt ad vitam spiritualem renovemur.

242 Dictum Collegij PP. Iesuitarum eiusdem Civitatis, & Academiæ approbans idem certamen positum in Defensorio n. 659. est:
,, Postea singulari, & amati Altissimi providentia eam transtulit ad
,, Mysticæ Civitatis Dei Historiam, quam ad vniversalem animarum
,, profectum reliquit in vmbratam tàm vividis, quàm igneis colori-
,, bus, vt eius lectio frigidiores, & vitiorum gelu etiam infectos ad
,, Dei eiusque Sanctissimæ Genitricis amorem inflament.

243 Illustris D. Franciscus à S. Ioanne Presbyter Venerabilis, & pius, notus in Romana Curia in quodam supplici libello præsentato S. M. Innocentij XI. inter alia, vt habetur in nostro Defensorio n.
,, 670. dicit: Nec itidem aliquod est vitium, quod in ipsis libris non
,, impugnetur, virtus quæ non promoveatur, vel Sanctæ Fidei nostræ
,, mysterium, quod non in eisdem exaltetur.

244 Reverendissimus P. Petrus de Arriola, Magister Theologiæ, Ordinis Beatissimæ Mariæ de Mercede, qui iussu Episcopi Diœcesani examinaverat spiritum Servæ Dei, dum in vivis ageret libro de vita Regis Anachoritæ dicit inter alia, vt dantur in Defensorio n. 668.
,, Unius duntaxat horæ spatio quadraginta folia integra exaravit, &
,, hoc non semel illi accidit. Quis tunc eius movebat manum? Quis
,, formabat conceptus? Quis intellectum in Virginis obsequium il-
,, lustrabat? Quis inquam ipsi revelabat, quod mundum tunc vsque
,, latebat? Non meum est respondere, sed nullus non speciali præoc-
,, cupatus opinione, eius manui alterius auxilium denegabit. Sine
,, divino auxilio non mihi videtur potuisse vnius fœminæ pennam tam
,, altum arripuisse volatum.

245 Reverendissimus P. Tirsus, ex Cathedra Salmantina factus Præpositus Generalis Societatis Iesu, agens in approbatione dicti devoti certaminis pro historia hac, vt habetur in Defensorio, n. 657. sic
,, dicit: Hæc est illa Historia, cuius lectura revivisit Fides, augetur
,, Spes, accenditur Charitas, & omnes Christianæ virtutes sumunt in-

 cre-

,, crementum. Novi etenim plures, qui ex huius Divinæ historiæ valdè in supra dictis profecerunt. Novi plures, & quidem Doctissimos, qui testati sunt, se huic Mysticæ Civitati Dei debere intelligentiam plurium nostræ S. Fidei mysteriorum. Novi tandem, qui libenter sunt confessi, & non negaverint, maiora huic historiæ debere, quam cæteris libris, in quorum studio plures consumpserunt annos. Iure merito videtur esse aptissimum medium, vt peccatores propriam iniquitatem ingemiscant; iusti in dilectionem Dei, & proximi magis ferveant, & Fideles omnes cogitatus, & Spes suas in hac Cœlesti Domina iactantes, triumphos adversus Sanctæ Fidei hostes certamine obtineant.

246 Reverendissimus P. Petrus Abarca, eiusdem Societatis, & eiusdem Universitatis Cathedraticus, Doctor, & Moderator, vt patet in dicto Defensorio, n. 655. præter alia dicit: In summa de magnis, ,, & novis veritatibus supernaturalibus, quæ in his referuntur libris, ,, videtur hucusque non posse affirmare id ipsum, quod vnus ex prudentibus huius sæculi vir affirmare solebat, prout ipsum Matriti audivimus, quod in his libris repetiebantur multa, quæ iam sciebamus, sed nihil ijs, quæ sciebamus contrarium, & hoc sanè facit scripta digniora Fidei, & divinæ Sapientiæ propria, & qualia in Evangelistarum convenientia, & differentia opportunitate vivida, & pulchra, prout ipsi mos erat, observavit Chrysostomus. Sufficiant pro nunc isti, vt opponamus quatuor ad minus vni ex Censoribus, & Deputatis Authoribus Sententiæ, & Censuræ nomine commentio S. Facultatis Parisiensis latæ.

247 Nullus ex his, qui sic Historiam Servæ Dei Mariæ de Agreda probat, & laudat, Franciscanus est, omnes sunt independentes ab isto Sodalitio, quantum dependentes à veritate. Nullus istorum factione conductus est ad suam sententiam exhibendam, cum ferè omnes impulsu fuerint à diversis Superioribus ad veritatem liberè aperiendam in diversis Regnis, Provincijs, & Nationibus. Nullus horum erat inferioris ætatis Doctor; sed omnes maturæ, & venerabilis Canicei, Supremi Magistri exercitio, & dignitate præstantissimi. Nullus indigebat auxilio ad vitæ sustentationem, & ad ascensum dignitatum, interesse habentium: omnes legerant attentissimi totam historiam, nec erant contenti aliorum stare dictamini, aut in verbo alterius consentire. Erant istis qualitates omnes integerrimorum Censorum, dignorum humana Fide, & reverentia; confert modo censuras quinque Censorum Facultatis Parisiensis latas contra Librum Servæ Dei, & contra relatas triginta sex propositiones, cum nullitatibus, defectibus, abusibus, machinis, fraudibus, & violentijs; & pro tua prudentia, & discretione forma iudicium æqui-

tatis, si debeas stare censuris Facultatis, an dictis istis Doctorum veritatis?

CONCLVSIO CENSVRÆ DEPVTATORVM, ET AVTHOrum secundæ Censuræ, continuantes Deputati suam illam assertam Censuram 36. propositionum.

248 ,, SE non intendere alia multa, quæ in dicto libro continentur, approbare, & præcipuè ea loca, in quibus Sacræ Scripturæ Testimonijs ad privatum sensum Author pasim abutitur, nec ea in quibus opiniones merè Scholasticas à Deo revelatas asserit, & vt tales omnibus proponit. Eisdem verbis Syndicus cum suis commilitonibus loquitur nomine Sacræ Facultatis, nempè: *cæterùm non intendit Sacra Facultas alia multa, &c.*

249 Sed parum refert, quod tàm vos, quàm illa non approbetis; quis vos constituit Iudices super librum, & eius Authorem? Stamus ad ineffabile, & irrefragabili Tribunal S. Sedis Apostolicæ, approbationem, vel permissionem istius humiliter speramus, & solicitamus; vestram non curamus quia sine Authoritate, adempta per communia Decreta Sac. Cong. Rituum, & Urbani VIII. Nec doctrinale vestrum iudicium nobis prodesset approbativũ, nam multoties illud distortum prodijt, vt Sancta Sedes adstricta fuerit vestras cassare Censuras, irritas, & nullas declarare; & ne in longinquum habeamus, in ipsis verbis vestris invenitur vestra iniustitia: dicitis Authorem pasim abuti Testimonijs Sacræ Scripturæ ad privatum sensum, & videtur vobis satis non approbare. O Zelatores Scripturæ, & Verbi Dei scripti, si verum est, quod dicitis, non sat est intendere approbare, rectitudo iustitiæ exigit positivam reprobationem iuxta regulas Deputationis Tridentini de correctione lib. §. 2. vers. *expurgari etiam*, & sic à rectitudine ministerij accepti declinatis.

250 Abuti pasim asseritis Sacræ Scripturæ Testimonijs. Totus eius abusus stat in hoc, quod aliqua loca Sacræ Scripturæ adducit ad explicanda, & detegenda Sacratissimæ Deiparæ mysteria involuta in aliquibus ipsius capitibus; hic autem abusus iudicari non potest, cum conformis sit menti SS. Patrum, qui dicunt Sanctissimam Mariam contineri in omnibus libris, in omnibus capitibus, imò in omnibus versiculis eius. Videatur Seraph. Doct. in N. Defens. & appar, n. 124. sed præcipuè n. 119. Quare sic vtendo Testimonijs Scripturæ optimè vtitur, cum vtatur Scientia Sanctorum, in quo non infirma laus Servæ Dei exurgit, quod scilicet Altissimus dedit illi Scientiam Sanctorum. Præterea scire opportet non omnia Testimonia Scripturæ, quæ

passim citantur in marginibus operum Servæ Dei, reputanda esse; vt expressè adducta ab ea ex locis Scripturæ; ipsa enim in illis nullum citavit locum, nec marginem vllam apposuit, fecerunt reclamationes has, qui adstiterunt impressioni. Quare si ista concordant cum Scriptura, & textu Scriptricis, aut non; vel solum adducta sunt ob aliquam allusionem ad Scripturam, non vitium Scriptricis putandum est, sed marginistæ, quem modo defendere non tentamus, sed solum Servæ Dei mentem, & scripta: Undè si aliquis locus reperiatur citatus minus conformis cum textu, dabimus quod de margine citatio Scripturæ cassetur.

251 Solũ enim de mẽte ipsius intelligenda veniũt loca illa, ad quæ ipsa testatur se remissam ad indagãda illa mysteria, quæ detegit in illa littera, & sub eius velamine latentia. Unus est illud ex c. 8. Prov. à v. 22. vsque ad 31. Quem locũ satis superque ostendimus ex Patribus de Virgine Purissima intelligi cum P. Salazario Quirino, tomo de Immaculata Conceptione, qui totus est in applicatione capitis hujus ad Purissimam Deiparam, fulciendo applicationem cum Authoribus Sacris. Ut diximus super art. 13. à n. 131. Alter est caput 12. Apocalypsis, quod ferè omnes Interpretes de Purissima Maria intelligunt, & multa dicunt de mysterijs, quæ Serva Dei expressius explicat cap. 8. 9. & 10. sui libri cuius facilis esset commentarius, confectus ex authoritatibus Patrum, ac Sacrorum Interpretum, nisi brevitas huius opusculi consuleret, solum sufficere insinuare. Alius est cap. 21. Apocalypsis applicatum arcanis Immaculatæ Coccepsionis Mariæ per capita tria nempè 17. 18. & 19. In quibus ita conformiter ad Textum loquitur Scripturæ, vt stuporem generet admirationis. In quibus non est alius abusus, quam quod Eminentissime extollat illud Sanctissimum mysterium, quod Censores, etsi defensionem eius juraverint in Sacra Facultate, deieratum vellent, & abolitum.

252 Nec volunt Censores approbare esse revelationes divinas, quas Serva Dei proponit circa opiniones Scholasticas, probabiles. Illustrissimus Samaniego, Notator prioris partis operum Servæ Dei nota 1. §. 7. Strenue impugnat propositionem hanc contra Araujum, & Gravinam, & exemplis, & doctrinis; quibus efficaciter convincit, non esse assumendum pro regula ad negandas particulares revelationes, quod reveletur pars vna opinionum Scholasticarum: & patet, quod sit inventum horum Doctorum solum, vt evaderent argumentum convincens exemptionem à culpa originali in Nostra Regina Maria, quod multis revelationibus privatis fulciebatur, quarum posset elici magnus Catalogus, & quas permittit Ecclesia; & de alijs materijs approbat positivè, vt patet in dicta nota. Potuit ergo Abbatissa Venerabilis proponere omnibus, sibi fuisse revelatam vnam partem

opi-

opinionum Scholasticarum, sed modo, quo dicimus art. 4. Deputaterum à n. 50. Restat ex dictis nihil esse in dictis censuris, quo minus retardetur lectura Libri huius, V. Matris de Agréda, ob sententiam Deputatorum Parisiensium, & Censuræ nomine ficto Facultatis Sacræ eorumdem. Sed pro coronide antithesim quamdam elicere opportet inter Doctores, & Doctores Parisienses; & inter o ppositos libro, & favorabiles ipsi.

ANTITHESIS PRO CORONIDE.

253 QUia tamen semper potest aliquid facessere, quod Censura hæc in Librum V.N. Abbatissæ de Agreda prodierit ex Sorbona, nomine Sacræ Facultatis Parisiensis, tametsi multis Testimonijs fidedignis constet non à consensu, & approbatione maioris partis Doctorum determinatam erupisse, sed tot nullitatibus, & vitijs, quot insinuavimus, & alijs, quæ reticuimus, fabricatam fuisse à Syndico cum consortio alicuius ex Deputatis. Ut Iudices integerrimi causæ huius iuxta æquitatem iudicium certum valeant efformare, visum est mihi pro coronide, & complemento dictorum; qnamdam Antithesim, & contrapositionem brevem apponere inter Doctores primam, qui steterunt contra Librum, & in favorem sententiæ Deputatorum, & inter illos, qui favorabiles fuerunt in dicta Academia. Et secundam inter oppositos Parisienses, & alios favorabiles aliarum Nationum, vt bilance æquata staterà possit pondus cognosci vtrisque partis. Octoginta quinque Doctores protulit Syndicus stetisse pro sententia De putatorum, sexaginta septem pro Libro, & eius Authore ex ijs, qui præsentes contigit reperiri.

254 Non immorabor referre nullitates æmulorum, Factionis Machinationes, fraudes, & violentias; etsi quidam Illustrissimus Prælatus, in illis diebus existens Parisijs, scribat ad Emminentissimum quemdam Cardinalem, epistola data 1. Octobris anni elapsi 1696. hæc verba latino sermone traducta referens illi huius causæ successus: *Indecorum esset ijs, qui tale thema substinere voluerunt, enarrare abusus omnes, & manifacturas, quas vt in hunc finem devenirent moliti sunt.* Epistola Missa est Sancto Officio. Immemor ero iniuriarum, quas in selectissimam hanc Virginem Religiosam iniecerunt, & quod magis est in Sanctissimam Virginem Matrem. Videatur in serie facti collatio Servæ Dei Reæ in Sorbona cum Christo D. paciente Ierosolymis. Do quod Doctores, qui steterunt pro Deputatis dixerint liberè, prudenter, & exacte processerint. Do quod omnes fuerint ornati æqualibus qualitatibus, scientia, ætate, virtute, & prudentia. Permitto quod omnes æquali studio, pari labore incubuerint intelligentiæ, &

com-

comprehensione mentis Authoris, quamquam multi æmulorum, nec per membrana librum viderint, nec salutaverint solum, contenti relatione artificiosa Deputatorum, sacrificantes veritatem antiquæ amicitiæ, & contubernio studiorum. Omitto, quod omnes, qui dicuntur stetisse pro Deputatis simili modo tulerint suffragium in librum, quorum ne quidem decem reperies æquo pede cum Deputatis currisse. Hæc omnia do sine iniuria appellationis interpositæ. De numero ad numerum stat contrapositio.

255 De sexaginta septem ad octoginta quinque stat in decem & octo suffragijs excessus. Aufert ab istis sex, quatuor Deputatorum Syndici, & Decani, de quorum sententia iudicium erat ferendum, qui vt sic erant partes, & interesse habentes, nec poterant esse Iudices, nec votum dare, quia in propria causa, iuxta æquitatem. Restant duodecim de excessu. Et sic manent pro Deputatis septuaginta novem. Pro libro dixerunt sexaginta septem. His adde Magistrum Urbec, Morel Augustinianum, P. Meron, & Frassem Farncilcanos. Duos ad minus Patres Carmelitas, quos, quia favorabiles, timuerunt consessibus abesse coegerunt. Superadde istis duos illos Sorbonicos Doctores Augustinianos, qui in approbatione Libri suum suffragium publice voluerunt evulgare Magister Prosper Bussier, & Franciscus la Grange. His vltra superadde Doctorem Illustrissimum Vivant Auditorem Emminentissimi de Iason, qui Romæ existens, & lecto Libro, visisque relationibus actorum Sorbonæ in hac causa, pro Libro stare publicè testatus est. P. M. Lapier Augustinianus, Pro Assistente Procurator existens suæ Religionis; P. M. etiam Franciscus Latenè Carmelita, quibus si addas P. Reverendissimum Franciscum de Lachiesse, Confessarium Magni Regis Ludovici XIV. qui etsi non sit Doctor Parisiensis, procuidubio ex electione suæ personæ ad tantum munus, Prælatum videtur omnibus Doctoribus. Hic defensor fuit Libri, vt patet ex Epistola relata n. 253. qui omnes duodenarium numerum complent. Numerus hic duodenarius æqualitatem ponit inter Doctores Parisienses. Stateram æquo pondere librat, dubiam reliquit resolutionem. Quid in hoc casu iuris? *In dubijs melior est conditio posidentis.* Et hæc Historia, & eius Author stat in possessione suæ indemnitatis ex pluribus integerrimis Tribunalibus. *In dubijs Reo favendum est potius, quàm actori,* & hæc Historia delata erat in Sorbona à Syndico Fiscali. Et sic contra iustitiam dederunt sententiam.

256 Elucescit amplius hæc iniustitia, si his omnibus superaddas multos Facultatis DD. qui vidētes alios exiliari ab vrbe propter defensionē huius causæ; alios vi cogi abesse cōgressui; alios minis agi, & opprobrijs à Factiosis saturari, facientes periculū ex capite alieno, finxerunt occupationes, & assumpserunt itinera, vt absentes à similibus se liberarent: quo-

quorum plures fuisse testatur crisis Gallicana. His superadde totam Urbem Parisiensem, omnes status, omnes personas omnium Sexuum, & conditionum, qui pro libro, & Authore, ex pietate, qua pollent, modo eis possibili decertabant. Adijcito alios Gallos alterius Universitatis: vt Magnum Doctorem Granier, qui Libro defensorio impresso publicè Librum, & convincenter tuetur, quem approbaverunt tres Doctores Tolosates nomine illius Universitatis, & multa Parisiensis fundamenta subertit, & invalida demonstravit: Patrem vltra Antonium Descamps, qui facto defensorio pro omnibus Libris, pro vnoquoque singulariter Appollogeticum scripsit, & ante quemcumque in impressione operum Ruscinone collocavit. Adde tandem approbatores horum operum Gallico Idiomate, qui Marsiliæ, Tolosæ, & Hispanico dicta Ruscinone examinarunt. Et cum his Episcopi, seu eorum Vicarij Generalis, qui licentiam in dictis locis concesserunt. Ex quibus deducitur ferè Galliam totam stare pro Libro, & Authore. Ergo datis omnibus, quæ in principio dededimus, vincit Factiosos numerus Doctorum Sacræ Facultatis, & totius Galliæ, numerum stantium pro Deputatis, & Censoribus.

257 Antithesi facta inter Doctores Gallos, & in votis invento libro delato superiore, & numero, & qualitatibus Doctorum faventium superante: secundam Antithesim promissam assigno collationem, & contrapositionem inter Factiosos æmulos Parisienses, qui contra Librum stitisse referuntur, & eius Authorem piam oppugnarunt; & inter propitios Libro, & Authori ex omni Natione, qui in examine vitæ eius, & approbatione spiritus laudabilem in moribus, excellentem in virtutibus, mirabilem in prodigijs invenerunt: quique eius Divinam Historiam, vel voce, vel scriptis defensarunt, vel plauserunt, & dignam Catholicis cordibus, & oculis iudicarunt. Hos damus in N. Defensorio in locis diversis, qualitates, & dignitatesque eorum assignamus, & quia ibi dispersi sunt, & alios in alijs locis invenimus, hic simul, & coniunctim illos proponimus citando numeros, in quibus eorum conditiones, & qualitates magis ad longum descriptæ reperiunt. Et primo summos.

SVMMI PONTIFICES ROMANI FAVORABILES AVthori, & libris Venerabilis Abbatissæ de Agreda Mariæ à Iesu.

1. 258. PRimus est Alexander VII. qui imbutus ab Emminentissimo Iullio Rospiliosi, de Sanctitate Vitæ Servæ Dei, quam examinaverat Nuncius Apostolicus existens in Hispa-

 nijs,

nijs, atque approbaverat, accepta Epistola Servæ Dei ex divino impulsu ad eum missa, vt faceret pacem inter Reges Catholicum, & Christianissimum ex magno conceptu de ipsius Sanctitate formato, totis viribus insudavit ad concordiam, & obtinuit illam Pyrinæam. Epistola digna legi datur in Defensorio, n. 349.

2. Clemens IX. qui & existens Nuncius, eius spiritus examinavit, & ex approbatione eius factus devotus mutuis litteris illi correspondebat, & semper de illius Sanctitate alte iudicavit; vt patet in eodem Defensorio, & in eodem numero.

3. Clemens X. Dispensavit in multis decretis cum Serva Dei pro eius Canonizatione, signavit commissionem, & titulo Venerabilis decoravit, vt dicitur in eodem Defensorio n. 850. Et decreta à num. 21. vsque ad 28.

4. Innocentius XI. Alia decreta annuit in favorem causæ vsque ad aperitionem processus facti Authoritate Apostolica ibi supra. Tria expedivit Brevia supersessoria decreti prohibitivi Librorum, ad Regem Catholicum, eius Matrem, & Sponsam Mariam Ludovicam Borbon, datur primum n: 709.

5. Alexander VIII. Tametsi adfuerit in Congregatione vbi Libri sunt prohibiti. Postea Papa indulsit vivæ vocis Oraculo Excellentissimo Marchione de Cogolludo, quod possent Libri legi in Hispania, prout Inquisitio Generalis decreverat, & alia multa concessurum promissit tunc, sed morte præventus est. Constat ex Epistola Regis Catholici, & in Defensorio num. 796. 804. & 852.

6. Sanctissimus D. N. Innocentius XII. suo speciali Brevi designavit particularem Congregationem EE. DD. CC. Sancti Officij ad audiendas satisfactiones in favorem Librorum, quod datur in calce prædicti Defensorij.

SACRÆ CONGREGATIONES, EMMINENTISSIMI Iudices, Ponentes, Protectores, & Defensores Causa, & Librorum M. Mariæ à Iesu de Agreda.

7. 259 SAcra Rituum Congregatio in causa Beatificationis ipsius re mature discussa, concessit omnia Decreta in favorem causæ, quæ habentur art. 2. Defensorij; probavit processum ordinarij, & de non cultu, & remisoriales Litteras concessit.

8. Sacra Congregatio particularis pro causa Librorum dictorum assignata communicavit animadversiones, factas adversus Libros, Seraphicæ Religioni, vt illis satisfaciat. Vt patet ex eius decreto 6. Augusti anni 169

Em-

9. Emminentissimus Cardinalis de Medicis huius particularis Congregationis fuit intercessor, vt Protector Regnorum Hispaniæ, ex mandato, & Litteris Regis Catholici, vt in Breve citato ad calcem Defensorij, qui etiam scripsit Nuncio Apostolico Franciæ, in favorem Libri dicti, quando Parisis causa exagitabatur.

10. Emminentissimus Carpegna, Vicariu s Sanctissimi est vnus ex Iudicibus assignatis.

11. Emminentissimus de Espada pariter, qui etiam scripsit Nuncio Apostolico Galliæ, quando in Sorbona fiebat congressus circa Librum, vt eum ab illius Censura liberaret.

12. Emminentissimus de Laurea, itidem Iudex, & affectissimus operibus Servæ Dei.

13. Emminentissimus de Altierijs, Iudex subrrogatus pro Emminentissimo de Laurea.

14. Emminentissimus Cardinalis de Albano, qui similiter scripsit in favorem Libri Nuncio Galliæ.

15. Primus Relator, & ponens causæ fuit Emminentissimus de Portocarrero, cuius instantijs plura dicta decreta emanarunt in favorem causæ, & multæ ipsius litteræ reperiunt ad diversos Emminentissimos DD. quibus eorum favorem pro causa, & pro Libris implerat.

16. Emminentissimus Cardinalis Fachinetus, fuit etiam Ponens, & eius auspicijs prodierunt plura decreta in favorem, vt patet in Defensorio n. 28.

17. Emminentissimus Everardus Nitardus, Orator Regius obtinuit dispensationem decretorum pro aperitione processus Authoritate ordinaria confecti, vt in Defensorio n. 22.

18. Emminentissimus Cæsar Montius Archiepiscopus Mediolanen. qui existens Nuncius Appostolicus in Hispania, authoritate talis spiritum Servæ Dei probavit, & verè Prophetam expertus est, vt dicitur in Defensorio n. 163. vers. *Item ait*.

19. Emminentissimus Cardinalis de Estree, qui fuit Agens Reginæ Hispaniæ Mariæ Ludovicæ Borbon, ad consequendum Breve supersessorium Decreti prohibitivi Librorum apud Sanctissimum Innocentium Undecimum.

20. Emminentissimus de Aguirre, qui pro sua pietate, & litteratura strenuè laborat, pro defensione Librorum contra censuras Sorbonæ, Iussu Regis Catholici Litteris datis novissimè per Excellentissimum Oratorem Commitem de Altamira.

21. Emminentissimus pariter de Casanate, qui ex eisdem principijs defendit eandem causam.

22. Emminentissimus Capisuccus, qui cum Emminentissimo de Lauria convenerat in casando votum Censoris Romani, quo prohibiti

ti sunt Libri: sunt testes, qui hoc multoties audierunt.

23. Emminentissimus de Iudicis, qui modo pro causa Librorum, & contra Censuras Parisien. viriliter decertat Orator Catholici Regis, vt constat ex litteris Regis, sibi commissis non semel.

24. His adde Emminentissimos Pium, Gallum, Millini, & Azzolini, qui Defensores se demonstrarunt huius Divinæ Historiæ, de quo sunt Romæ testes non pauci.

ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI IVDICES, DEFENSOres causæ Librorum, & ipsius V. Matris Mariæ à Iesu.

25. 260 Illustrissimus, & Reverendissimus D. D. Michael de Escartin Diœcesanus, & Iudex Ordinarius processuum authoritate ordinaria confectorum, quorum restrictum datur in principio Defensorij, & approbatur à S. R. Congregatione n. 24.

26. Illustrissimus D. Didacus Frances de Urritigoiti Episcopus, & Diœcesanus Servæ Dei, Iudex remissionalis pro conficiendo processu Authoritate Appostolica, in quo sententiam favorabilem tulit, & pro causa, & pro historia. Ut videtur art 3. Defensorij.

27. Illustrissimi D. Episcopi Tyrasonen, Iacensis, & Oscensis Iudices Remissionalis n. 25.

28. Illustrissimus pariter D. Antonius de Isla, Episcopus Oxomen. Iudex Remissionalis.

29. Illustrissimus Doct. D. Didacus Ignatius Alegre, Vicarius Generalis Tyrasonen. qui cum duobus præcedentibus Iudex Remissionalis, sententiam favorabilem tulit, cuius Summarium datur art. 4. Defensorij.

30. Illustrissimus D. Ildefonsus Salizanes, Episcopus Oveten. & Corduven. qui existens Minister Generalis Ordinis Minorum, dedit suam approbationem pro Divina Historia, collecta prius Congregatione Principalium Patrum Religionis, & in Episcopatu fuit Testis in processu Apostolico.

31. Illustrissimus D. Ioseph Ximenez Samaniego, Episcopus Placentin. Author vitæ Servæ Dei, Prologi Galleati, Notarum ad primam partem Historiæ, vt patet in primo Tomo, & supplicem libellum præsentavit Innocentio XI. qui datur in Defensorio n. 707.

32. Illustrissimus D. Ioseph Sanz de Villaragut, Episcopus Caietanus, Puteolanus, & Chefalu, qui existens Procurator causæ satisfecit obiectionibus Matritensibus speciali Libello impresso.

33. Illustrissimus, & Excellentissimus D. Didacus Balladares, Inquisitor Generalis, &c. Qui cum suo toto Concilio tulit sententiam

favorabilem pro remotione sequestrus Librorum, & indulsit quod ab omnibus legi possent in suis Dominijs, datur in Defensorio n.701.

34. Illustrissimus Ioannes Molino, Episcopus Palentin. vnus ex Theologis, qui cum Generali Salizanes dedit approbationem Religionis pro editione Librorum, positam Tomo 1:

35. Illustrissimus D. Bartholomæus Escañuela, pariter edidit approbationem cum dicto Generali, & post fuit multarum Ecclesiarum Episcopus.

36. Illustrissimus D. Ioseph de Barzia & Zambrana, Episcopus Gaditanus insignis Prædicator Missionarius, Author multorum Librorum, in quibus sæpè vtitur doctrinis Mysticæ Civitatis Dei, vt dicitur in Defensorio n.679.

37. Illustrissimus Archiepiscopus Bracharensis nomine Regis Lusitaniæ, acceptis ab eo Epistolis solicitavit Romæ supersessionem Decreti prohibitivi Librorum, in Defensorio n. 817.

38. Illustrissimus D. Archiepiscopus Panormitan. D. Ferdinandus Bazan suo nomine, & Serenissimæ Reginæ Matris Marianæ de Austria, ad pedes Innocentij XI. repræsentavit ardentissima desideria boni exitus Librorum horum in Defensorio n. 826.

39. Illustrissimus Palafox, Archiepiscopus Panormitan. Transiens ad Sibiliam suo nomine, & Ducis de Alva ad pedes Innocentij XI. præstito supplici Libello instantissimè eum rogavit pro felici, & brevi exitu dictorum Librorum, in Defensorio n.836.

ALIJ ILLVSTRISSIMI PATRES, QVI EPISCOPATVM renuntiarunt, & alij Prælati, qui pro dicta Historia variæ affectum ostenderunt.

40. 261 ILlustrissimus Pater Chrystophorus Delgadillo, renuntiavit Episcopatum Tuden. & vnus ex Patribus congregatis à Generali ad approbationem Librorum tom. 1.

41. Illustrissimus P. Andreas de Guadalupe, in Mystica apprimè versatus, & scriptor, Confessarius Infantissarum Hispaniæ, &c. Renuntiavit Episcopatum, vnus fuit ex Patribus, qui cum dicto Generali approbavit Historiam, vt in Defensorio n. 580.

42. Illustrissimus P. Antonius de Velasco, Lector Iubilatus, & Provincialis Provintiæ S. Iacobi, renuntiavit Episcopatum electus Episcopus Sanctæ Crucis de la Sierra, laudat prædictam Historiam elogio, quod datur in Defensorio n.654.

43. Illustrissimus D. D. Franciscus Bernardus de Quirós, existens Romæ, Procurator Regius supplicem Libellum præsentavit Innocen-

tio XI. pro causa Librorum, qui datur ibi num. 808.

44. Illustrissimus D. Didacus Flores de Valdès, Auditor S. Rotæ præsentavit supplicem Libellum ad eumdem Papam, qui similiter datur n. 811.

45. Illustrissimus D. Nicolaus Antonius, Procurator in Urbe Regis Catholici, elogium edidit Scriptricis, & suorum operum in Bibliotecha Hispana, quod est in Defensorio n. 808.

CONGRESSVS VIRORVM ILLVSTRIVM, QVI PRÆTER assignatos, Libros approbarunt.

46. 262 PRimus est ille quem collegit Pijssimus Rex Catholicus Philippus IV. Virorum præstantiorum doctrina, & virtute suæ Curiæ, de quo in Prologo Galleato n. 14. & 98. qui etsi fuerint plures, de numero non constat, nisi de Reverendissimo P. Ioanne de Palma, qui quales fuerit dicitur ibi n. 98.

47. Secundus fuit collectus ab Illustrissimo Escartin Diœcesano Experitissimus Canonicis Ecclesiæ Tyrasonen. qui statutis horis omnem historiam profunde examinarunt, & ex eorum Consilio cum ipso Episcopo prodijt approbatio eius posita Tom. 1. & in Prolog. n. 16.

48. Tertius congregatus à Ministro Generali Salizanes, in quo præter dictos inter Episcopus fuit Reverendissimus P. Ioannes de Munieſſa, Comissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ.

49. Admodum Reverendus P. Andreas de Euenmayor, Confessarius Servæ Dei annis 15. &c.

50. Quartus ex mandato Illustrissimi, & Excellentissimi Inquisitoris Generalis collectus ex octo, aut decem Magistris Consultoribus, & Qualificatoribus cum vno Inquisitore Præside, qui quinque annos expenderunt in examinandis satisfactionibus exhibitis à Seraphica Religione, & inventis adæquatis, dedit decretum permissivum Librorum, qui datur in Defensorio n. 701.

51. Reverendissimus P. Ioannes Cortès Ossorius, est vnus ex Censoribus, & eius votum particulare exhibitum congressui, & Sacro Tribunali datur ad longum in Defensorio n. 704.

DOCTORES, ET MAGISTRI DIVERSARVM VNIVERSItatum, & Religionum, qui vel manuscriptis, vel impressis Historiam Divinam laudarunt, vel defenderunt.

52. 263 CUm supradictis, primo annectẽ viginti illos Magistros, quos in oppositum Censuræ vltimæ aduxi-

duximus cum suis æstimabilibus elogijs, cum quibus ennumerare vales, & vltra hos inveniuntur.

53. Reverendissimus P. Ioannes à S. Thoma, Dominicanus celebris Scriptor, & Doctor, Confessarius Regis Catholici, qui postquam tractavit cum ea in vita, testatus est se defensurum in quocumque Theologorum concursu V. M. Mariam de Agreda, ornatam esse supernaturali scientia infusa, quod & expertus fuerat, vt dicitur in Prologo n. 13. & 93.

54. Reverendissimus P. Gregorius Argaiz, Benedictinus, Generalis Magister, Historiator, & Appologista, prout dicitur in Defensorio num. 680.

55. Reverendissimus P. Melchior de Uzeda, Augustinianus Doctor, & Cathedraticus Salmantinus Lector Iubilatus; in Defensorio num. 653.

56. Reverendissimus P. Didacus Pacheco, Clericorum Regularium Minorum, Visitator Generalis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, Supremæ Inquisitionis Qualificator, & Prædicator Regius, in Defensorio num. 673.

57. Celeberrimus P. & accerrimus Defensor Sanctissimæ Virginis, Hyppolitus Marraccius, in Poliantea Mariana, in Indice additionale littera M.

SÆCVLARES.

58. 264. Illustrissimus Doct. D. Laurentius Santos de S. Pedro, Collegij Maioris Ovitensis Salmantini Collega, Cathedraticus, & Regius Consiliarius, in Consilio Castellæ; in Defensorio ad medium n. 655.

59. D. Doct. D. Thomas Aventun, qui pro prædicanda Historia adducit dictum

60. D. Basilij de Camargo, in Universitate Vallisoletana Rubra clamide decorati.

61. Et D. Francisci de Borgia, Cappellani celebri Monasterij Incarnationis Matriti; vt habetur in Defensorio n. 681.

62. D. Doct. Franciscus Antonius Cisneros Castro & Figueroa, in Compostellana Universitate publicus Philosophiæ Cathedraticus Salmanticen. Collega, & Ecclesiæ Pacensis Canonicus Magistralis, ex Defensorio n. 657.

63. D. Doct. Ioannes Ortiz, Canonicus Pœnitentiarius Tyrasonen. Ecclesiæ, testis septimus in processu ordinario; prout habetur in Defensorio n. 214.

64. D. Licentiatus Hieronymus Ximenez, testis 17. in eodem pro-

processu, & Notarius in examine spiritus Servæ Dei, per Inquisitionem, ipsa vivente, ibi n. 215.

65. D. Licentiatus Michael Perez Planillo, testis 19. in eodem processu 216.

66. D. Licentiatus Clemens Perez Planillo, frater præcedentis, & pariter testis 21. eiusdem processus, & Beneficiatus Villæ de Agreda, ibi 217.

67. Magnus Doct. Grenner Gallus, speciali Libro defensorio, contra Censuram Sorbonæ impresso Tolosæ.

68. Insignis Doct. Ioannes de Leyba, Canonicus Magistralis Ecclesiæ Granatensis speciali defensorio dicto Declamatio iuridica contra acta Sorbonæ in dictum Librum.

PATRES SOCIETATIS IESV.

69. 265 REverendissimus P. Michael de Elicalde, quondam in Collegio Romano Sacræ Theologiæ Antecessor, Theologus Catholicæ Maiestatis, pro Myst. Immac. Conceptionis Virginis Mariæ in approbatione Notarum, in Defensorio num. 682.

70. Reverendissimus Barbianus Doct. & Primatius Cathedraticus Salmantinus.

71. Et Reverendissimus P. Gaspar de Rivadeneyra, pariter Doct. & Cathedraticus Primarius Salmantinus, in Defensorio n. 913.

72. Reverendissimus P. Matthæus Moya, satis notus ob sua Scripta Moralia, Confessarius Reginæ Matris Marianæ Austriacæ, in Defensorio n. 704. vers. *Tertio moveor.*




73. Reverendissimus P. Emmanuel Ortigas, Lector Sacræ Theologiæ, & Scripturæ in Universitate Cæsar-Augustana, & Oscensi Præpositus Missionum, ibi n. 664.

74. Reverendissimus P. Philippus Aranda, Celeberrimus Sacræ Theologiæ in Collegio Cesar-Augustano Magister, vbi supra n. 672.

75. Reverendissimus P. Martinus de Lanaja, in Libro, & Perfecto Misionero, ibi n. 665.

76. Reverendissimus P. Franciscus Garau, S. Officij Qualificator, Rector Collegij Maioricen Montis Sion, vbi supra n. 672.

77. Reverendissimus P. Bartholomæus Alcazar, in Vita S. Iuliani Episcopi Conchensis, Libro impresso.

FRAN-

78. 266. REverendissimus P. Ioannes de Napoli, dum esset Miuister Generalis Ordinis, Scripsit Ven. Matri in favorem Librorum, vt dicitur in Prologo n. 14.

79. Admodum R. P. Ioannes de Torres, Lector bis Iubilatus, Cathedraticus Scoti in Universitate Mexicana, Provincialis, & Diffinitor Generalis Ordinis, formavit satisfactiones ad obiecta facta in Inquisitione Universali Hispaniæ, cuius erat Qualificator. manent ibi.

80. Admodum R. P. Ioannes Sendin Calderon, Lector Iubilatus Compluten. & Provincialis Provinciæ Castellæ, notas fecit pro 2. & 3. parte, quæ manent in Libro.

81. Admodum R. P. Fr. Ioannes Ortiz de Zarate, Lector Iubilatus, S. Officij Qualificator, Provincialis, & testis in vtroque processu satisfactionis edidit manuscriptas ad obiecta Matriti, quæ manent in Hispania.

82. Admodum R. P. Martinus del Castillo, Provinciæ Mexicanæ bis Iubilatus, S. Officij Qualificator, Regens Collegij S. Bonaventuræ, multorum librorum Scriptor, & Provincialis in Defensorio num. 676.

83. Admodum R. P. Franciscus Lopez Perez, Provinciæ Aragoniæ bis Iubilatus, Ordinis publicus scriptor, Provincialis, & Procurator Generalis in Romana Curia, n. 677.

84. Reverendissimus P. Hyacinthus Hernandez, eiusdem Provintiæ pariter bis Iubilatus, Scriptor, & Provincialis, & tandem Commissarius Generalis Familiæ Ultramontaneæ, ibi n. 678.

85. Admodum R. P. Antonius Arbiol, eiusdem Provinciæ Lector Iubilatus, qui Thesibus publicis defensavit in Capitulo Provinciali totam Theologiam in sententia Servæ Dei, ostendendo ipsam, nec esse Scotistam, nec Thomistam, sed sequi specialem doctrinam, quæ impressæ manent penès plures.

86. R. Admodum P. Benedictus de Mazzara Italus, Reformatus, Ordinis Choronista in Legenda Fratrum Minorum, in Defensorio num. 684.

87. Admodum R. P. Thomas Frances Urritigoiti, Lector Iubilatus in Provincia Aragoniæ, & Minister Provincialis, Scriptor multorum Librorum, & Secretarius Generalis Ordinis, in Defensorio numoro 666.

88. Admodum R. P. Hieronymus Muñoz, Lector Iubilatus, & Provintiæ Castellæ Minister Provincialis, ibi n. 667.

89. Admodum R. P. Ioannes Matris Dei, Approbator Libro-

rum pro impreſsione Luſitana, in principio illius impreſsionis eſt approbatio.

90. Quinque Patres Recollecti approbatores Libri dicti, qui dantur in eodem Libro.

91. Admodum R. P. Thomas Croſet Gallus, Traductor prædicti Libri Prædicator Clariſsimus.

92. Author CenſuræCenſuræ impreſſæ contra Deputatos Pariſ. qui præſumitur Franciſcanus cenſura currit pro manibus Sapientum.

PROCVRATORES DEPVTATI AD ROMANAM CVriam per Generales, cum Decretis Conſilij ſtatus Regij.

267 PRimus fuit prælaudatus Illuſtriſsimus Epiſcopus Villaragut.

93. Admodum R.P. Franciſcus Diaz de S. Bonav. Lector Salmantinus, & Arcœlitanus Iubilatus, Diffinitor, & Commiſſarius Generalis Curiæ, Theologus Maieſt. Cæſareæ, & Catholicæ, Conſultor Cong. Rituum, & Indicis, Qualificator S. Officij, qui 13. annis Romæ pro ſua deſteritate, & ingenio ſcriptis impreſsis, & manuſcriptos Libros Hiſtoriæ ſtrenuè defendit, vt patet in toto Defenſorio.

95. Admodum R. P. Benedictus de Noriega, Lector Iubilatus Salmantinus, cuius defenſio in iudicio contradictorio iudicata eſt præmio Iubilationis digna primo ab emminentiſsimo Cardinali Cybo, deinde à Sanctiſsimo Alexandro VIII. in Defenſorio n. 804.

96. Admodum R. P. Ioſeph de Falzes, Provinciæ Burgenſis Lector Iubilatus, & Cuſtos, Commitiorum Generalium Congregationis Generalis Ciſmontan. Famil. Præſes loco Miniſtri Generalis, ibi n. 805.

97. R. P. Ioſeph Sagredo, eius Provinciæ Prædicator Generalis, & Guardianus, Comprocurator cum ſupradicto Patre, ibidem.

98. Admodum R. P. Antonius à Ieſu, eiuſdem Provinciæ Ex-Cuſtos, qui per multos annos cauſam Librorum defendit Matriti, & extat ibi: 819.

REGIÆ PERSONÆ, ET EORVM MINISTRI, AC Principes, qui protecti ſunt cauſam Librorum Ven. Servæ Dei Mariæ à Ieſu.

22. 268 PIiſsimus Rex Catholicus Philipus IV. ob Sanctitatem Servæ Dei, & famam Doctrinæ viginti

quatuor annis mutua officia conservavit cum ipsa, mutuis Litteris sibi correspondendo, ter personaliter eam visitavit. legit Historiam Divinam, eamque summis laudibus extulit, fecit examinare à Doctissimis Viris, & multa, alia quæ dispersa dantur in toto nostro Defensorio præallegato.

100. Carolus Secundus pariter Catholicus Rex, devotione hæreditaria, personaliter cum sua Curia visitavit corpus Servæ Dei, nec cessat semper ferventissimè instare per se, per suum Consilium Supremum, & per suos præcipuos Ministros apud S. Sedem pro bono exitu causæ Librorum repetitis instantijs, quæ dispersæ reperiuntur per totum Defensorium.

101. Excellentissimus Dux de Medina Cœli, Orator eius apud S. Sedem per plura præstitit officia multis annis pro causa Librorum, præcipue videatur memoriale, cum Scriptura, quæ datur Italico Idiomate in Defensorio n.971.

102. Excellentissimus Comes Altamiranus, Orator Regius apud eamdem S. Sedem nunc instat nomine dicti Regis pro prohibitione Censuræ Latæ in Sorbona contra prædictum Librum, exhibito vrgenti memoriali, misso ab ipso ex Matrito cum litteris vrgentissimis: pariter nomine Deputatorum Regnorum Castellæ, Aragoniæ, Valentiæ, Navarræ, cum litteris ad Summum Pontificem id enixè postulantibus.

90. Serenissimus Rex D. Petrus Lusitanus cæpit agere pro causa Librorum à tempore, quo Princeps, & Gubernator stetit Regni; instando pro remotione Decreti prohibitivi apud Innocentium XI. vt patet in Defensorio n. 706. continuat cum alijs Successoribus eius, vt patet n. 818.

91. Illustrissimus D.D. Dominicus Barreyro de Leyton, fuit eius Minister, & residens Romæ pro aliquibus ex his instantijs, vt patet ibi n. 817.

92. Reverendissimus P. Antonius Rego, Societatis Iesu, residens Romæ, nomine prædicti Regis obtulit memoriale Alexandro VIII. & Innocentio XII. quod datur in Defensorio n. 921.

93. Serenissima Regina Mariana Austriaca, Vidua, dum esset Gubernatrix Regni, multas epistolas scripsit in favorem causæ Librorum, ad Innocentium XI. pro revocationi Decreti prohibitivi, ad Alexandrum VIII. vt tribueret Religioni Seraphicæ obiecta in Libros ad satisfaciendum, & ad multos Emminentissimos Cardinales, quæ dantur in n. 824.

94. Domina Regina Catholica Maria Ludovica Borbon, rogavit pro suspensione Decreti prohibitivi, & obtinuit, constat ex Brevi speciali Innocentij XI. scripsit ad Cardinalem Pium, & sub eodem

contextu ad alios, vt interponant sua officia, vsque ad felicem exitum causæ, in Defensorio n. 823.

95. Domina Regina Catholica Maria-Anna Neuburgo, nunc istat pro prohibitione Censuræ Parisinæ datis Litteris ad Excellentissim. Commitem de Altamira, & ad Excellentissimum Pro-Regem Neapolitanum, quæ extant apud ipsos.

96. Serenissima Marchionissa de Austria Soror Anna Dorothea Imperatorum filia, scripsit in favorem causæ ad Emminentissimum Gallum, cuius tenor extat in Sacra Rituum Congregatione.

97. Serenissima Soror Maria-Anna Austriaca, Religiosa Franciscana, scripsit Innocentio XI. tenore, qui datur in Defensorio n. 828.

98. Excellentissimus Marchio de Villa Franca, singularissima expressione, & devotione recomendat causam Librorum Emminentissimis Pio, Crescentio, Mariscoto, & Excellentissimo Commestabili Colona, in Defensorio n. 833.

99. Excellentissimus Marchio de Los-Velez ad Emminentissimum Casanate restaurat recommendationem ante actam pro causa Librorum, ibidem n. 834.

100. Excellentissimus Dux de Alva ad Illustrissimum Archiepiscopum Palafox, Romæ existentem, vt apud SS. Innocentium XI. instantissime roget pro expeditione Librorum, num. 836.

101. Excellentissimus Marchio de los Balbesses ad Emminentissimum Cardin. Colona, manifestat vniversalem aplausum Librorum per totam Hispaniam, vbi supra n. 853.

102. Excellentissima D. Ducissa de Medina-Cœli ad Emminentissimos Pium, & de Alterijs, & Excellentissimum Ducem de Iubenazo, ibi n. 831.

103. Excellentissima D. Ducissa del Infantado ad Emminentissimum Millini, vt experientia, qua viderat in Hispania Libros æstimari, validam eorum defensionem apud S. Sedem suscipiat n. 832.

259 Plurium aliorum poteram adducere nomina, & dignitates, qui actualiter incumbunt defensione Divinæ Historiæ, tàm Gallorum, quàm Hispanorum, & aliarum Provinciarum, sed illos omitto pro nunc, quia præ assignati sufficium, & superant dignitate, prudentia, scientia, pietate, zelo veritatis, numero, & qualitatibus cunctis tres, aut quatuor Doctores Parisienses: vel si mavis etiam octoginta quinque quos finxit Syndicus stetisse pro Deputatis. Compara hos cum illis, & vltra his assignatis adiunge Pios Doctores Sorbonæ, quos pro Libro stetisse voluit prædictus Syndicus, & omnes alios etiam Gallos, quos connumeravimus pro illo, omnes Episcopos, omnes Universitates, omnes Religiones, omnes Doctores, omnes Magistros, omnia genera personarum totius Europæ, nullus siquidem contra dictam Divinam

nam Historiam palam ausus est scribere, imprimere, nec reclamare, omnes vno ore benedicunt,& confitentur Domino,qui abscondit hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelavit ea Parvulæ fœminæ, timidæ, ignoratæ, Religiosæ, Virgini, Clausæ Monasterio, à mundo abstractæ, & sepultæ in arcto Conventu Religiosissimo Discalceatarum Immaculatæ Conceptionis de Agreda, cuius ipsa Serva Dei Fundatrix extitit,& Primiceria..

260 Nunc ad te recurro Sacra Facultas,Universitatum mundi celeberrima, Iudicem te constituo, pondera pondere Sanctuarij causam hanc,expende in statera tuæ æquitatis tres,aut quatuor Doctores, vel etiam octoginta quinque pone illos in vna bilance, & ex opposito in alia tot Summos Pontifices,Emminentissimos Cardinales, Illustrissimos Episcopos, Sapientissimas Universitates, congressus gravissimos Virorum Doctissimorum,Doctores,& Magistros Academiarum Insignium, Scriptores plausibiles, Reges, & Principes cum suis Regnis, & Provincijs, & quod magis est Inquisitiones Generales Lusitaniæ, & Hispaniæ, ac particulares,& quod illa Generalis insumpserit quatuordecim annos in examine Librorum istorum, & quod post omnes diligentias sibi consuetas, & extraordinarias, integritate, & rigore pijssimo sibi proprio, dederit suam sententiam de remotione sequestrui Librorum, & permissione lecturæ eorum in suis Dominijs. Pondera modo, & perpende ad quam inclinatur librile æquitatis, aspice, & respice semel, & iterum oculis luce pietatis apertis. Vide,& considera, quod hic agitur de Vita, & mirandis Deiparæ Sanctissimæ, cuius plurimæ excellentiæ dignissimæ,his censuris obscurari tentantur.Vindicē illarum te spopondisti futuram,quotiescumque se obtulerit occasio. Hæc est hora vegetissima oblata.


261 Nec te suspendat amor Trium,aut quinque Filiorum, qui perciti vehementi Passione in te refundere voluerunt sui animi acerbam indignationem, te denigrarunt, nomen tuum assumentes mentitum, exosam te reddeunt Nationibus simili censura nomine Sorbonæ publicata, honori tuo Consule, & tuorum aliorum pijssimorum Doctorum, tuam, & illorum instaura Innocentiam, & repara læsam æquitatem. Fac eos cantare Palinodiam: Non erit ipsis hoc grave, cum ipsi fecerint sponte, tot propositiones, & censuras prius latas dimittentes. Non erit hoc indedecus eorum cum S. Augustinus necessitudine copulatus cum Divo Hieronymo, quem putabat errasse in expositione cuiusdam textus Apostoli, id vt faciat, non semel consulat, & suadeat. *Quare*, inquit Augustinus, *arripe, obsecreto te, ingenuam, & verè Christianam cum charitate se veritatem ad illud opus corrigendum, & emendandum, & palinodiam,vt dicitur, cane*. Et ipse S.Hieronymus rescribens ipsi dicit: *Hortaris me, vt palinodiam super quodam Apostoli capi-*

tulo canam, & imiter Stesichorum inter vituperationem, & laudes Helenæ fluctuantem. Vt qui detrahendo oculos perdiderat, laudando receperit.

262 Fructus, quem putabat Augustinus consecuturum Hieronymum in hac correctione, etsi postea se correxerit, aut excusaverit eum, ille est, quem mythologi dicunt Stesichorum fuisse consecutum. Hic enim, vel ex sua malitia, vel ex invidia stomachatus, quod multa, & excellentissimarum gratiarum eius publicarentur elogia, murmuravit de Helena pulcherrima Græcorum, vituperationes indecentes evomit contra illam, & oprobria ob quæ Dij illum cæcitate percuserunt. Hic miser homo reflectens in se, ac recognoscens ob quod pœnas luebat, lumine oculorum amisso, convertit in adversum linguæ suæ cuspidem acutam, & in laudes huius mulieris speciosissimę erumpens, recantatis prioribus contumelijs, dignissima epitecta de illa ex corde publice intonuit, quò Dij immortales lumen oculorum restituerunt, & qui ante vituperando Helenam fuerat cęcus factus, postmodum eam laudando clarissimis luminibus videbat. Nunc Augustinus Hieronymo: *Incomparabiliter melior est veritas Christianorum Helena Græcorum.* Et Nos eius exemplo ad vos eadem charitate christiana alloquimur Doctores Parisienses: incomparabiliter dignior est Advocata peccatorum Helena Græcorum, quam si non contumelijs affecistis, excellentijs eius detraxistis. Incomparabiliter excedit Maria Venerabilis Hispanorum, quam Helena Græcorum. Saturastis eam in vestris commentijs opprobrijs in cœlum suæ puritatis, & virginitatis posuistis os vestrum, inter fœminas perditas non erubuistis illam enumerare, decem annis indigne ad Eucharistiam accessisse subclamastis, ac inter perditissimos Hetherodoxos præcipuum locum designastis. Canite palinodiam, vt lumen, quod in tali factione perdidistis in talium retractatione instauretis. O Sacra Facultas filiorum tuorum miserata fac illos Stesichorum imitari, revocare censuras, & sanas fateri propositiones, quas ob cæcati livore præconcepto, cognoscere non potuerunt, imò nec plures legerunt; recantare compellito, quas tuo nomine non rectis oculis intuitas Typis dederunt, & per Orbem Universum sparserunt. In laudes melioris Helenæ tu ipsa pro omnibus extolle vocem viriliter. Ne obsecro patiaris dici te esse contentam cum solis illis elogijs, quæ in Præfatione tibi imposita deprompserunt. Ne substineas tibi imputari confiteri sola illa Mysteria de Angelorum Regina, quæ exprimit illud anteloquium. Sunt, & alia infinita tali Imperatrici congruentia, quæ Fideles pie venerantur, & colunt, & alia innumera vsque ad finem mundi in Ecclesia Dei sunt manifestanda Fidelibus. Horum Vindicem te spoponderunt Deputati, & tu semper operibus perstitisti. Fac ergo, quę de te præsumunt, hac occasione capta, stapromisis, & salva sint tua in perpetuum.

Quæ

263 Quæ in toto hoc tractatu scripsi, testificor coram Deo, Zelo veritatis exarasse, Charitate Christiana impulsus, nullo livore præoccupatus, nec vindictæ actus impulsu; relinquo illam Deo. Quia tamen difficile est in obiectorum solutione, & impugnatione animadversionum obijcientem, maximè qui ad contentionem decertant, non offendi, ingenue fateor id eo animo non fecisse, nec credidisse offendendum, qui publice dixit, quod modo palam transcribitur. Si quis talis fuerit, accipiat in excusationem, quod Sororem offensam in fama, & Fide defendo, iniuste diffammatam ab æmulis; & Matrem Dei, & meam, magnis honorum titulis denudatam; & veniam impertiatur humili animo desideratam, & postulatam. Omnia correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pronus subijcio ac suppono, & me adaptans Decretis Sanctæ Sedis Apostolicæ pro editione, & scriptione rerum Sacrarum, approbo, quod approbat ipsa, & quod illa damnat anathemate reprobo, & inane declaro.

 FINIS. 

